

1749.

1. Knobell, Fr. v. Phil: De laudatione et nominatione
anthoritatis . . .

2. Siegfried, Gustavus Philippus: De incongrua
matrimonio et morganaticam . . . et tabernaculum
nostrum Romaneum applicatio ne. 2 Temp.

1750

1. Bayn, Frederic Frackius: De recognitione et
Oppressione manus alienae.
2. Behrens, Cornelius Berndt: De modernis et constitutio-
nis pacis publicae in supremis disastriis
3. Haas, Tommaso Ferdinandus: De monarchia S. R. I.
limitata
4. Hertay, Niccol. Joseph Fou: De matrimonio ad
morganaticam ex iure fletus propterea disparitatem
sortis . . . a vero ex pacto?
5. Mogen, Anton. Gorp: De differentia provocante
forenum provocatum resonante

1750.

6. Pistor, Joannis Christophorus : De concurn cedentis et cesso
marii secundum diversa iuris Romani praeceptia et
norma hoterium frumentorum.

1751.

1. Effling, Gottlieb : De Indorum Maren-Franc fortissim
conditione duriori

2. Fleischmann, Jacob. Naur. : De pro contractus in actionibus
contractus resumptibus competente

3. Fenrichen, Gottlob. Aug. : De m. hoterius perire curiae
in fundis Germaniae provincialibus.

4. Ruyser, Jo. Fréd. : De causis fundatis in iudicio
disceptantio

5. Luis, Henricus : De indele et effectu pacti, quo titulus
denunciatio remittitur et evictionis praesertim firma
bus

cessus
et

zum

huc

io

deo

tis

7ma

Parch. 17.
Pur. 1. num. 15.
13
1750, 2 5
**DISSERTATIO IN AVGVRALIS
HISTORICO-IVRIDICA
DE
MODERNO VSV CONSTITVTIONIS
PACIS PVBLICAE IN SVPREMIS
DICASTERIIS
EX GENVINIS FONTIBVS DILVCIDATA**

SIVE QVAESTIO

VTRVM ADVOCATVS BENE CONSVLAT CLIENTIBVS,
SI IN CASV AD CONSTITVTIONEM PACIS PVBLICAE
QUALIFICATO POENALITER AD EAM CONCLV-
DAT, AN VERO PRAESTET, CIVILI REI
PERSECVTIONI INSISTERE?

QVAM

PRAESIDE DEO TRIVNO

EX DECRETO

*ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LUDOVICIANA*

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI

*PVBLCÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITIT*

A V T H O R

CAROLVS ERNESTVS BEHRENS
HILDESINV.

AD DIEM DECEME. MDCCCL

G I E S S A E,

TYPIS IOANNIS IACOBI BRAVN, ACAD. TYPOGR.



DIGESTA TITULI TANACHTINAE
HISTORICO-TATRICA

COLLEGIA TATRICA ET TATRICO-COLLEGIUM

PACIFICATIO TATRICO-PACIFICO

EX CENIS HONORIBUS PREDICATORUM

THOMAS ZOLOGIUS TATRICO-ZOLOGICO

MINIMA AVADOCIO TATRICO-MINIMICO

PERGAMENTA TATRICO-PERGAMENTICO

PARSISPE TATRICO-PARSISPE

MATRIS TATRICO-MATRICO

SYNODALIS TATRICO-SYNODALICO

HO TATRICO

ALLEGORIA TATRICO-ALLEGORICO

CONVENTUS TATRICO-CONVENTICO

PROTUMA

CA

*EMINENTISSIMO
ET
CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
IOANNI FRIDERICO
CAROLO,*

S. SEDIS MOGVNTINAE ARCHI-EPISCOPO,
S. R. I. PER GERMANIAM ARCHI-
CANCELLARIO,

*PRINCIPI ELECTORI,
EPISCOPATVS WORMATIENSIS
COADIVTORI &c.*

*DOMINO, DOMINO SVO CLEMENTISSIMO
SVAS THESES IN AVG VRALES
HISTORICO - IVRIDICAS
DEVOTISSIMAE MENTIS AFFECTV
DICAT, DEDICAT, CONSECRAT*

*SERVORVM INFIMVS
CAROL ERNEST BEHRENS.*

EMINENTISSIME
ET
CELSISSIME PRINCEPS ELECTOR
DOMINE, DOMINE
CLEMENTISSIME!

Cernis Eminentissime, & Celsissime Princeps Elector
supplices Tuis aduolutas pedibus hasce pagel-
las: cernes eas belli priuati iniuria infames; cernes
& loquentes iam fluctuantem, iam firmandam pa-
cem sancta Antecessorum Tuorum vigilantia corro-
boratam: quid si degenerantem pacis huius mox
firma-

firmatae, mox autem alternantis modum ad Celsissi-
mam Electoratus *Tui* sedem deponere ausim? flu-
tuauit ego cum pace fortis probandae dubius, tu-
tumque attingere portum iterato allaborauit; anxius
laborauit, tutus attigi, & *Tuo* suffultus Electorali fa-
uore attigi. En praesens animi mei deuotissimi ar-
gumentum, quod velim tot mecum literae loquan-
tur, quot Eminentissimum *Tuum* subire conspe-
ctum praesumunt. Verum erubescunt illae impa-
res gratiae, stupent pusillae in Eminentissima facie
Tua, quae gratiae in me deriuatae amplitudinem
spirat, & ita spirat, vt leuitas operis huius cedat,
Tuamque nonnisi sedis beneficentissimae Eminentiam
supplex adoret. Quanquam! diuina fere Virtus *Tua*,
Solii Eminentissimi gloria, ac Clementia *Tibi* innata,
submississimam erigit mentem, spemque appromitte-
re videtur, fore, vt Electoralis idem fauor, qui pa-
gellis eiusmodi Vitam & voluit, & dedit, eas quo-
que obscuras pronius respiciat, suaque Authoritatis
luce tueatnr. Quod si Clementiori fato na>stae fue-
rint, vnum reddere humillime gestiunt, quo, dum
Eminentissimis *Tuis* dicatae Rotis aduoluuntur, ple-
no

no quoque Volumine faustum *Tibi* saeculum, faustiorum Principatum, faustissimam autem perennemque Vitam voleant, loquuntur, quod ita voleat,
optat, precatur,

**EMINENTISSIME ET CELSISSIME
PRINCEPS ELECTOR**

TVVS

SERVORVM INFIMVS
CAROLVS ERNESTVS BEHRENS.



DISSERTATIONIS
PROLEGOMENA.

Hominem in statu ciuili consideratum ad pacem, cum omnibus in societate cum ipso viuentibus, colendam genitum esse, docet Grotius de I. B. & P. L. 3. C. vlt. §. 2. in f. cum enim illi excellens, suaeque naturae conueniens appetitus societatis, & congenita sit facultas, sciendi & agendi secundum generalia praecepta iuris, sc. Ut honeste viuat, neminem laedat, & ius suum cuique tribuat, eum ad pacificam societatem natum esse, ipsa naturalis ratio suaderet. *Grot.* in prol. n. 7. & 8. *Hobbes.* de Ciuitate. C. 9. §. 3. *Pufendorf.* L. 2. C. 2. nam quis villem in bello societatem, & non summam potius dissoctionem dixerit? *Grot.* L. 3. C. 4. §. 8.

Verum hanc tam decoram luminis congeniti sanctimoniam in quorundam populorum animis adeo cui-

euiluisse dolet idem *Grotius*, vt ius a viribus & robore potentioris suspensum crederent, iuxta Vetus Enni verbum:

Non ex iure manu consertum, sed mage ferro Rem repetunt.

A quo *Hesiodus I. Oper. V. 187.* ferreae actatis homines, *χειροδίκας*, vocauit, ipsasque manuarii origines iuris iam patere, in Dissertatione incomparabili de latrocino gentis in gentem Th. 44. anno taurit. Cl. *Thomajus*.

Ista labes veterem iam tum Germaniam ita infecit, vt populi eius ferocissimi & caeterarum pagina gentium ius etiam inter suos armis & potentia metirentur: *suscipere*, inquit *Tacitus C. 21. de Mor. Germ.* tam inimicitiis seu Patris seu propinquii, quam amicitias neesse est, nec implacabiles durant; in exteros autem, violata terminorum religione & sacris latrocinia & depraedationes permitterent. *Ius*, inquit *Pomponius Mela L. 3. C. 3. in viribus habebant*, vt ne latrociniis eos puderet, hoc proprium virtutis existimantes, expulso agris finitimos cedere, nec quemquam prope se audere confidere. Imo latrocinia in exteros facta laudi potius quam delicto vertebantur, nam, vt ait *I. Caesar de B. G. L. 6. nullam apud eos habent infamiam*, quae extra fines cuiusque Civitatis sunt, atque inuentutis exercendae, desidiaque minuenda causâ fieri praedicant; ibique: nec arare terram, aut expectare annum tam facile persuaseris, quam vocare hostes & vulnera mereri; *pigrum*, quin imo & *mers*

iners videtur sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Inde est, quod apud omnes istos populos, quotquot se praesertim, ex septentrionalibus plagiis, velut quodam turbine, in Galliae partes & Italiam olim infuderunt, lites subortae, non iudicio, sed armis & ferro sint decisae. Et quis hoc miretur? ignorabantur in regimine teutonum democratio & Aristocratico scriptae leges: vna lex erat Imperii obseruantia: filebant postulantium vociferationes, & strepitus Iudiciorum, lite omni duellis dirimenda. *Iac. Thomas. de variis duell. gen. geminum si dissidium super bonis personisque exortum esset, decisio illorum Druidibus (qui flammes erant) competit;* harum vero disceptationes bello priuato, cuique familiae legitimo discutiebantur. *Id. Thomas. d. l Tacitus C. 10. ibique Kirchmaier p. 177. seq.*

Sancta adeo haec erat germanis litigandi ratio, vt, cum Romani vigente iudiciorum legumque sanctimonia publicas huiusmodi inimicitias, quales in L. 1. L. 2. L. 3. L. 4. & 5. 7. & 10. seq. ad Leg. *Iul. de vi publ.* reprehendis, digne coercent, iti processum hunc ceu insolitum quid demirati fuerint. Vid. *Vell. Patrc. L. 2. C. 11. hist. Hert. de pop. gerim. p. 55.* quid? quod inuisos adeo haberent Romanorum Aduocatos, vt linguam iis praescinderent, hoc dicto: *tandem vipera sibilare desist.* *Florus L. 4. C. 12.* apud illos interea, proculato omni iure professa inter vnius velut reipublicae ciues odia, omnis hostilitas,

litias, effectusque licentiae externi, publica alias bella ex gentium iuris rigore stricto comitantes, sequebantur, seque ciuilis belli furor in totam inuasoris familiam cruentissimis interdum caedibus diffundebat.

Hicce positis praenosces, amice Lector, instituti mei scopum, praenosces tractandam rei seriem, modumque his tandem malis statutum fusori quodam tractatu desiderabis. Ast respuit laxum quoduis instituti mei ratio. Succinctum, si placet, historiceque delibatum tibi modum dabo, &, quod ignosces, dabo dubium e fontibus genuinis haustum, aliumque tutiorem non tam suaserio, quam experientiam praxi ipsem disces. Vale, & exili meo conatui faue.

CAPVT I.

DE VARIIS CONSTITUTIONVM PACIS PVBL.
GENERIBVS SVB CAROLINGICIS IMPERA-
TORIBVS, REGIBVSQVE FRANCICIS
ET SAXONICIS.

§. I.

Quantum atrox haec & pestilens ciuilis belli lues
cruoris exhauserit, vt forte vix plura gladiatorum paria olim Romanorum arenae conspicerent,
testantur rerum Franc. scriptores, & hos inter *Vates*

Iesius L. 15. ad an. 590. *Turonens.* VII. 14. testantur de rebus Ital. *Sigon.* ad an. 633. de O. I. G. *Conring.* 6. 2. & quamvis a Rege Longobardorum Rothari leges iis datas scribit *Warfnerid.* de gestis Longobard. L. 4. C. 42. illis tamen violentum ius armorum permisum fuisse aiunt.

§. II.

Huius tam impii moris, cum viri eruditissimi mentionem faciunt, non satis secernunt morem alium, quem aequo impium Luithprandus Longobardorum Rex in LL. T. 91. §. 4. & se propter consuetudinem gentis suae Longobardorum vetare non potuisse, ait, qui horum temporum iudicia foedabat, ut lites subortae singularibus pugnis & duellis dirimerentur. Vid. *Nic. Vptoni lib. de off. mil.* & aeui medii *Glossarium Caroli du Fresne.* Et de duellorum auguriis *Tacit.* qui C. 10. scribit: *Vates grauium bellorum euentus explorant; eius gentis, cum qua bellum est, captiuum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum patriis quemque armis committunt, victoria huius vel illius pro praeiudicio acipitur.* Sic & in Anglorum Legibus T. 9. habetur: si negat, campo decernat.

Verum cum peruvicacior esset vis tam barbarae consuetudinis, ac ut Pontificum etiam fulmine misso expiraret, posteriorum temporum progressus docet, quam varii varia contra haec championum iudicia,

dicia, die Kampf-Gericht, priuilegia impetrarint,
quae vide ap. *Datt. de P.P. L. i. C. i. n. 34. seq.*

§. III.

Immanem vero belli priuati dominatum ipsa
Francicorum Regum Capitularia satis ostendunt, quae,
cum grassanti huic malo prae scriptum necdum mo-
dum reperissent, sacramento solenni interieco (quod
Ohrueda etiam, vel, ut est in iure Saxonico Ohr-
fried nominatur, i. e. pax stipulata. Vid *Sibrand.*
Sicamam ad LL. Frisic.) dissidia ista non modo com-
posuerunt, sed & poenam pro faida pecuniariam sta-
tuerunt. Sic in Capitulari anno 779. C. 22. leges:
"qui pro faida pretium soluere noluerit," nec iustitiam
"exinde facere, in tali loco eum mittere volumus,
"ut pro eodem maius damnum non crescat. Vide
& Capitulare primum Caroli M. anno 802. quod
refert Baluzius Cap. 32. f. 371. seq. Sed altius radi-
ces egerat intestini huius mali rabies, quam quae
leniori hac coercitione quiesceret; hinc non solum
Carolus M. Imp. Aug. an. 806. Constitutionem de
pace publica constituenda & seruanda erexit, quam
exhibit *Goldstus Colle&t. Conflit. Imp. Tom. i. p. 145.*
Sed & parem Ludouici pii Constitutionem an. 837.
in *Tomo eiusdem 2. p. 19.* reperies, qua saluberrime
fancitum, ut omnes pacis publ. turbatores e vita
turbatum irent. Add. *Theganus de gestis Lud. pii*
§. 6. p. 71. qui refert exemplum de Bernardo Italiae
rege in Imperatorem armato, intuitu diuisionis a
Ludo-

Ludouico adhuc viuo inter filios factae. Conf. *Nitard*, de *Dispens*. fil. Lud. pii p. 86. seq. Qui armatos in patrem filios ex LL. Salicis a statibus mortis condemnatos esse, sed lenitate Imperatoris seruatos afferit.

§. IV.

Etsi hisce Carolingorum temporibus Imperii ordines non modicum regimini influxum darent, sive que Imperatori absque illorum consensu quendam statuum morte plectendi potestas praecisa, ut patet *ex pace Moersena de anno 851*, §. 6. neque fas ei foret, deficiente ordinum placito quidquam statuere, vid. d. *pax Mers.* Art. 6. sed leges omnes in Comitiis condendae essent, vid. *Conuent. Erford. de anno 852*, non negligendum tamen est Ludovici II. Imperatoris Rescriptum ad Nicolaum I. Pont. Rom. de pace *Confluentana* an. 860. quod idem *Goldast*. Torn. 2. p. 25. cum integro Recessu Comitiorum Confluentanorum eiusdem anni exhibit *T. 1. p. 192*. nam, imperante germanorum Rege Ludovico Infante, non impune tulit motas ciuiles turbas Albertus Bambergae Dux, qui varias in Arnomen Episcopum Heribolensem inimicitias exercens, cum Conradum Francorum Ducem pro Arnone stantem an. 905. 3. Cal. Martii praelio extinxisset prope Fritzlariam, vid. *Rhegino* ad an. 899. banni anathemate percellitur, sua in arce Bambergae septennio a Rege cingitur, ac tandem Hattone Ductore Regi traditus, capite minuitur,

tur, haud procul Werhemio, distantibus hanc poemam Tribure statibus Imperii. Vid. *Otto Frising.* L. 4. C. 14. *Vrspurg.* in Chron.

§. V.

Cum exstincto Carolingorum stemmate nouos in Suevia sufflarent motus Bertholdus & Erchangerus, qui Conradum I. electum germanorum regem non agnoscebant, *Eccard in Cas. S. Galli*, hic anno 915. Constitutionem de P. P. qua capitis supplicium in violatores decernebatur, non tam condidit, quam anteriorem Ludouici pii confirmauit. Vid. *Goldast. d.l. Tom. 3.* atque nec soplitis inde sueuicorum turbis conuocat Rex an. 916. Concilium, quod capitis poenam in utrumque violentem decernit; quo praeuiio Sigfridus Episcopus eos e plumis milite erectos ferro subiicit Oettingae. Vid. *Diss. Gundling. de Conrado I. p. 57.* Aemulum pacis seruandae studium de Henrico Aucupe testatur *Rheginus in suppl. ad an. 920.* nam, cum & hisce temporibus multi etiam nobiles latrociniis insudarent, vid. *Wittekindi ann. L. 1. & Luitbrand. L. 2. C. 7.* de Burchardo Alemanniae Duce, initium Principatus sui pacis conseruandae disciplina suscepit.

§. VI.

Germanus hic (*cognominante ita in Disp. de Vrb. Germ. Conringio*) Theseus, sicut eo imperante Ciuitatibus ius circa muros, vid. *Hertii Paraem. iur. germ.* Dynastis ius condendi statuta, Magistratus con-

constituenti & nundinas minus solennes ordinandi, competit, vid. *Hert. de sup. Territ.* §. 21. Episcopi, & Capitulares in Vrbibus sedem fixerunt. Vid. *Schilter de Phalburg.* & *Vsburg.* multae ciuitates e comitatu exemptae a Praefectis Regiis gubernabantur, ideoque curtes Regis dictae sunt. Vid. *Sagittar. Ant. Alsted.* & *Palat. Saxonici.* Sic & de emendanda rei militaris disciplina bene meritus, alii P. P. violatores puniendi methodo intuitu militiae ansam dedit nimis rurum facta Hungarorum in Saxoniam irruptione, ultimaque imminentie depopulatione, pacem promisso annui tributi penso ad nouem annos redemit, huiusque causam *Wittekindus L. 1. p. 628.* in eo adstruit, quod rudi adhuc militi, & bello publico insueto contra tam saeuam gentem non crederet. Exacto nouenni cursu pacis an. 932. puduit Henricum, se Hungaris diutius vestigalem fore, quare illis tributum postulantibus canem pinguissimum auribus & cauda mutilatum submisit. Vid. *Anonym. Leibnitzian. de fund. Saxon. Eccl. p. 261.* id quod tum temporis summum iniuriae caput & Germanis videbatur, testante *Meibomio de κυνοφρεγειᾳ in collect. lib. rar. fasc. 3.* qui seruitutem cane indigitari affirmat; & Hungaris iniuria videri debuit atrocissima, cum ii per canem iurare consueissent. Conf. *Epist. Boic. Episc. ad Ioann. Pontif. ap. Hundium & Gewoldum in Metrop. Salisb.* T. 1. p. 45. ex qua *Haknius in sua Hist. Imp. P. 1. p. 302. not. 1.* hoc denotat: *quod nos prae-fati Sclavi (Moraui) criminabantur, cum Hungaris fidem*

*fidem Catholicam violasse, & per CANEM seu lupum,
aliasque nefandissimas & ethnicas res Sacra menta & pa-
cem egisse, &c.*

§. VII.

Quae iniuria cum Ottoni M. P. P. violatoribus condigna ex eo videretur, quod frangens P. P. Sacramentum Deo praestitum minus seruaret, ac talis Ethnicus Religione iurisiurandi per Canem promissa staret, anno 937. Rex omnes principes milium, qui Eberhardum Francorum Comitem contra Bruningum Thuringiae Ducem in priuato bello adiuuabant, dedecore Canum condemnauit, quos portabant vsque ad urbem Regiam Magdaburg; in gratiam vero Eberhardi poena haec, in pecuniariam centum talentorum, & aestimationis equorum murata, in effetu statuta fuit. Vid. *Wittek. L. 2. gest. Sax. p. 18.*

§. VIII.

Exoleuit quidem poena isthaec moderante habenas imperii Henrico S. qui non modo Caesareos constituit iudices, ad quos appellatio deuolui posset; vnde origo iudiciorum Caesareo - Prouincialiam in Alsatia, Boiaria, & dioceesi Coloniensi descendit, quorum iurisdictioni plerique Imperii ordines sese submiserunt. *Hert. op. T. 2. p. 441.* verum etiam ipsemet Praesidem iudicij Argentinensis egit. Ut & inualescentibus ciuitatibus Henricus III. Burggrauios constituit, quam Noriberga ad aperiendas Cae- fari

sari portas habebat; sed Conrado Salico imperante
mota an. 1027. inter Ernestum Sueviae, Conradum
Carinthiae, Fridericum Lotharingiae, & Ottонem
Campaniae Ducem de praetensa successione Burgun-
diae diffidia, bellaque priuata, quae *vide ap. Wip-
pon. in vita Conradi Salici*, seueriorem aliam P.P. Con-
stitutionem extorsere, qua cautum fuit, eum, qui
pacem publicam violare praesumeret, capite plecten-
dum fore. Vid. *Felix Faber L. 10. Crantzii Metrop.
IV. 12.* cui succedit Recessus Alfatici Hagenoenis
Conuentus sub Henrico III. Imp. an. 1051. de Con-
ventione P.P. erectus. Vid. *Goldast. d. l. T.2. p. 47.*

§. IX.

Quam absolutum autem hucusque imperato-
rum videbatur imperium, id quod praeprimis de
Henrico III. *Malbesbury de Reg. Ang. gest. L. 2. C. 12.*
testatur, nemo, inquiens, post Ottонem M. absolutam
adeo prae hoc Rege potestatem affectauit. *Add. Ma-
rian. Scotti, Hist. Vniu.* tam exiguum constitutioni-
bus hisce ad fedandas ciuiles turbas pondus accessi-
se, sed alios ex aliis modus pullulasse, ipsamque sta-
tuum potentiam ad firmandam superioritatem terri-
toriale sucreuisse, historica paſſim doctrina exhibe-
ret. Sic dolenda sub Henrico IV. fata ciuilium bel-
lorum, quae & Schisma Ecclesiae & Imperii Scis-
tionem longe funestam inuoluere, refert *Ditmarus
in vita Greg. VII. Schubhart in dissert. Henr. IV.
turb. reip. Exemplar.*

C

Sic

Sic ad ius Superior. Territ. primo gradu eu-
lasse Marchiam Brandenburgicam & Misniensem,
scribit *Lamb. Schafnab.* Flandriam & Hollandiam
an. 1071. & Bauariam 1061. *idem* Burgundiam;
Ditmar. Merseburg. Palatinatum: *Toelherus* in hist.
Palat. Bohemiam ad primum Diadema in Wratislao:
Cosmas. Pragens. Poloniā in Rege Boleslao: *vid.*
Neue Bibl. 2. B. p. 429. Saxoniam Schaten ann.
Paderb. &c.

§. X.

Sic quoque in vitam Henrici V. conspirasse
Henricum Limburgi Comitem, dicit *Inkoff not.*
Proc. Imp. ideo in Comitiis Herbipolitanis anno 1121.
a statibus Imperii de fancia pace publica perpe-
tua & securitate viarum deliberatum est. *Lehmann*
Chron. Spir. L. 5. C. 42. p. 485. & Henricus Lim-
burg. in poenam Lotharingia inferiore exutus, car-
ceri mancipabatur *Ink. c. I.*

Sic ipsa Lotharii II. Saxonis imperii exordia in-
festabat ciuale bellum a Conrado Francorum Duce
motum, qui Sceptri spe frustratus Lotharium op-
pugnabat, ac ad ipsos Herbipolis muros insectorans,
in ludi equestris aleam prouocauit. *Otto Fris.* L. 1.
C. 16. ast a Pontif. Honorio fulmine banni an. 1130.
perculsus, a S. Bernardo amice corrigebatur. Fel.
Fabri Hist. Sueu. L. 1. C. 11. Confer. Chron. Hir-
saug, ex quo Lehmann. L. 5. Chron. C. 48. p. 492.
testatur, in vsu fuisse, quod persona, bonaque reo-
rum offensioni omnium permitterentur.

CA-

CAPVT II.
DE CONSTITVTIONIBVS P. P. SVB IMPERA-
TORIBVS SVEVICIS.

§. I.

Quae vidit Lotharius imperii initia, ea Conrado III. obuenere ab Henrico superbo praepotente Boiariae & Saxoniae Duce, qui & parem cum Conrado Francico poenam banni est expertus. *Helmold. Chron. Schau. L. i C. 54.* talem & sensit Erfordiae a Conrado incusam Guelphus, qui Leopoldum Austria expulsum adamabat. *Cruſii ann. ſueu.*

Interim Conradus expeditionem in Palaestinam meditans, iudicium ordinavit Rothwicense, quod absente imperatore lites diiudicaret. Vid. *Conring. de iud. Reip. germ. §. 92. Cocceii ius publ. C. 32. §. 40.* cuius rationem *Welmer* in comment. ad ord. iud. Rothw. illam affert, quod Rothwila fidam aduersus Leonem operam Caesari praestitisset.

§. II.

Nouam P. P. Constitutionem tum pecuniariam, tum ignominiae personalis in pacifragos hic suppeditat vetus ius germanorum, quae, vt sub Ottone M. vsu probata fuit, sic & constitutione Friderici I. Imperatoris redintegrata emersit, eaque caustum, vt Violator pacis publ. si Ciuitas effet, C. marcis auri, si oppidum, XX. Si Dux Marchio vel Comes L. marcis, si maiores valuasores XX. si mino-

res VI. cum omni damno resarto delictum luerent.
Radeuicus L.2. C.7. in Tom. 1. Script. Germ. Virfisi p. m. 510. Damni dannahls seynd die höchsten Ge-
 bott oder Verbott, vt loquitur Lehmann *Lib. IV. Chron. Spir. C.22. p. 363. & 364.* im ganzen Reich
 bey dem Wann ergangen, und nicht bey Leib oder
 Lebens-Straff. Dann die Obrigkeiten das Leben
 ihrer Unterthauen sehr kostlich und hoch gehalten,
 und sich dieselbe zu pfianzen, und zu vermehren be-
 flissen, zu vertilgen, und zu ringern vermieden, so
 habens auch die unmachlässige Kriegs-Ubungen der
 Deutschen erforderet, daß man freye Leut an Leib und
 Leben verschonet. Ignominia autem personalis haec
 erat, ex veteri Consuetudine apud Francos & Sue-
 uos (verba sunt *Ottonis Frising. Lib. 2. C. 28. ap. Virfisi. d. 1. p. m. 470.*) vt, si quis nobilis Ministe-
 rialis, vel colonus coram suo iudice, pro huiusmo-
 di excessibus, reus inuentus fuerit, *antequam mortis Sententia puniatur*, ad confusione sua ignominiam
 nobilis canem (vnde non ineleganter Lipsius Cent.
 3. Epist. ad Belg. 44. ignominiosum nomen canaille,
 latine canile lignagium profectum existimat) Minis-
 terialis sellam, (vnde & probatam hodierna milita-
 ri disciplina sellae portationem, equitum humeros
 vexantem, descendere non vane auguror) qua e-
 ques amissio equestri iam tum ordine pedes factus
 notabatur; vid. *Bunau in vita Frid. I. Imp. p. 55.* ru-
 sticus aratri rotam de comitatu in proximum comi-
 tatum gestare cogeretur, Quod si forte fabulam
 putes,

putes, adi, si lubet, *Bunau d. l. p. 52. seq.* Qui exemplum poenae huius a Friderico I. ex Italia reduce in Comitiis Wormatiensibus anno 1156. in Hermannum Palatinum, eiusque octo socios, quos *Marian. Scotus in Chron. Hirsaug.* nominat, ordinum placi-
to statutum exponit, solumque correum clerum hac
poena dignitatis Ecclesiasticae ergo ita exemptum di-
cit, vt per alios, constitutioni satis fieret; sicque
ignominiosam hanc consuetudinem (tour à la mode)
a condemnatis impletam comperies. *Conf. Spangen-berg. Mannsfeldische Chronik. C. 224.* adi *Hel-
mod,* qui Proceres Saxonicos in Leonem rebelles
cum Episcopis pari poena affectos, hos nempe ob-
iurgatos, illos canum baitulatione mulctatos esse,
memorat. *L. 1. C. 83.* Sic & in Excidio Mediolanen-
si Walpagus ciuium antesignanus canis instar in sta-
bulo catenis adstrictus fuit. *Felix Faber in Hist. Suev.
L. 1. C. 12.* Sic Gerardus Querfordensis, qui in De-
canum Magdaburgensem Henricum in via Aldesle-
uensi oculorum effossione facuierat, a Philippo Sue-
uo, praeter poenam 1000. marcarum argenti laeso
soluendam, ac centum marcas Ecclesiae Metropol.
Magdab. ex feudo suo resignandas, probro canum
cum 500. equitibus condemnatus est. Vid. *Chron.
montis sereni ad an. 1200. p. 69.* *Arnold. Lubec. in Chron.
Slau. L. 7. C. 2.* qui verba haec refert: *praesumptio
contra Decanum hoc modo mulctata est, vt Gerardus
cum quingentis militibus, militarem ei poenam persol-
ueret, id est, vt singuli milites de loco perpetrati scle-
ris,*

ris, usque ad fores maioris Ecclesiae caniculum deferent.

§. III.

Hic autem mos rigidae vetustatis ignominiosus magis quam poenalis non semper obtinuit sed, ut *Goldastus Lib. IV. de Reg. Bob. C. 10. p. 505.* adnotat: doctissimum Schickhartum non putasse, Principes iudeorum tam sacros quam profanos talem poenam ob delicta publica passos, infamiam sustinuisse, *in iure Reg. Hebr. C. 2. Theor. 7. p. 62.* ipsa Friderici I. Imp. aetate in poenam banni mutatus est, quali proscriptum Leonem Saxoniae Ducem, funestamque Saxoniae vniuersae inter principes diuisionem fecutam vide ap. *Arnold. Lubec. L. 2. C. 24.* ac tandem mos ille ceu honore Patriae indignus a iuribus veterum germanorum ex dupli ratione cessit, quam vide ap. *du Fresne T. 1. gloss. in verbo canem ferre p. 747.*

§. IV.

Probrofa hac cessante poena, cuius pudor turbas non parum sufflaminauerat, cedit quoque tumultuantium metus, ac quamuis Fridericus I. Imp. statibus interdixisset, ne regalia sibi vindicarent, eo tamen expeditionibus Asiaticis & Italicis occupato, multa sibi iura arrogant, ordines, vt ius armorum, vindicationis priuatae, arciumque exstruendarum, id quod & Episcopi & Comites faciunt, vid. *Otto de S. Blasio. Culpil. de iure Legat.*

§. V.

§. V.

Quantum autem lucebat in Friderico I. & Henrico VI. despoticae Maiestatis splendor, adeo ut hoc imperante ipsi Cypri Armeniaeque Reges, petitis regis insignibus, a sede Moguntina diademate inaugurandi venirent, *Ludwig de auspicio Regum*. Ipseque Henricus Domum Hohenstauffianam, multis aeternis ditionibus, ad perenne Imperatoriae Maiestatis fastigium, annuentibus modo 52. Principibus, prouehere, at renitente Saxone frustra laboraret; *Gobelin. persona*, p. 275. aet. VI. tantum vilescebat illa Maiestas per aeftuantes Ottonem inter ac Philippum Sueuum de imperio ciuiles motus, qui plerisque Sueiae Comitatibus allodialia ac haereditaria iura; Equestri Francorum, Sueorumque nobilitati ingens incrementum: Ducibus Bauaricis & Saxonis ad parem aspirandi potestatem animum, addebat. *Gundling. Ottia* 2. p. 73. quis enim miretur? "cum "Philippus ut ait *Virspurg. in Chron.* non haberet "pecunias, quibus falaria praebiceret militibus, pri- "mus coepit distrahere praeda, quae pater eius Fri- "dericus Imp. late acquisiuerat in Alemannia, ita ut "cuilibet Baroni sive Ministeriali villas sive praedia "rusticana vel Ecclesias sibi contiguas obligaret, "sicque factum est, ut nihil ei remaneret, praeter "inane nomen Domini terrae, & ciuitates, in qui- "bus fora habentur, & pauca castella terrae.

§. VI.

§. VI.

Nec minus miraberis, Duces sub Ottone IV. superioritate territ. gausos pro libitu Regalia exercuisse septemque potentiores circa hoc tempus, ut ait Schiirtzf. in *Actuar. hist. Augst.* Electionem Imperatoris sibi vindicasse, si & hunc cum Friderico II. de corona Imp. digladiatum esse expendas; quae turbidiora tempora inclinantis rei Germanicae catastrophen non portendere non poterant. Evidem in celebrata Francofurti ad Moenum curia Fridericus II. constituit, ne vlli deinceps fas fore, iura vestigalia, quae feruentibus turbis quisque sibi vindicarat, absque Imperatoris consensu sibi arrogare, vid *Conf. ap. Bedam in REB. VLTRAIECT.* Ast & lene huius imperium erga status, & imminentes ab eius obitu interregni motus constitutionis huius effectum frustrarunt. Schiirtzf. in *Disp. in Ind.* & quamuis ab hoc Friderico solium adhuc tenerent Imperatores tres, quorum unus Wilhelmus Hollandiae Comes Ciuitates plerasque ut Francofurtum, Goslariam, aliasque libertate Imperii donavit, ac Fridbergam a profectione Romana exemit. Itter de F. I. p. 874. fluetuabat tamen a morte Friderici Imperii Sceptrum, ac tandem, cum Richardo a Mallestate ad priuatum fortem redeunte, exulabat per 14. annorum, ut censem *Lehnmann. in Chron. Spir.* L. V. C. 10. infelix interregnum,

§. VII.

Quam lacrymosa haec fuerint tempora, fatius foret

foret silere, quam calamitates illas iterare. Supremo exulante Sceptro, exules erant solennes Curiae, exul iustitia. Vis armata, rapina, vindicatio priuata, incendia vnice dominabantur. Nam *Vistius in fragm. f. 93.* in partibus, inquit, Alemanniae & aliarum circumiacentium, per diuersos spoliatores viarum & nobiles eius terrae insolentiae perpetratae quam maxima. Add. *Schmed. de doman. Imp. §. 28.* inde nascebatur nobilium vilipendium, inde nulla erat ruris securitas, extra Moenia prostabant Phalae, ad quas ceu Asyla confugiebant ruricolae. *Hert. opp. in ind.* Add. *Wenckeri Tract. de Phaleburgis & Vsburgeris.*

§. VIII.

Silebo hic initas gladiorum iure terrarum partitiones, quae peracta Neapoli Conradini, cum quo finitum est nobilissimae Sueuorum familiae imperium, decollatione binos vacantes Ducatus opulentissimos Sueuiam & Austriae absorbuere. Vid. *Toeln. hist. Palat.* Add. *Gundlingii Otia p. 174. seqq.* quae multis Sueuiae Ciuitates in libertatis Imp. consortium vocarunt. *Hert. de orig. & prog. spec. rer. p. 50.* quae caeterum maximam partem moderni status praepotenti illustrarunt facie. Dicam tantum ius illud Garnerbiatus seu confoederationis, quae inter illustres familias eo fine erat contracta, vt communi manu expilationes, depraedationes bonorum auertentur, ac vt tandem vni familiae extinctae altera succedit.

D

dar. Tale ius Ganerbiatus, gemeiner Erben-Recht inter Arces Fridbergensem. Vit. Külling. *Discurf.* 19. §. 3. Rottenburgensem *Disc.* 14. §. 37. Reiffenbergensem §. 47. Stadensem *Disc.* 19. n. 6. & 7. Pappenheimensem *Disc.* 16. §. 25. & Bönnichheim *id. Kylling.* *Disc.* 19. p. 255. vigebat. Tale erat foedus Rhena-num, quo ciuitates nobilibus sociatae libertatem tuerentur. *Casp. Lerch. de Auth. nobil. inmed.* cum quibus Alsatico-Rhenana nobilitas arma viresque coniunxit, ita vt ipsi Comites Palatini foederi huic impares cederent. *Hert. c. l.* Tale erat ius Ganerbiatus contra Albertum Ducem Brunswicensem inter nobiles familias Assenburgensem & Heinbergensem, quae notanter in signis gestabant lupum ac leonem, cuius e lumbis frustum carnis lupus rapaci dente euelleret.

§. IX.

Gemebant interim alibi in Westphalia, Saxonia, Bauaria pressi Ducum potentia nobiles, qui necessitate vrgente feuda accepta alienatum ibant; quin & Comites nonnulli securitatis gratia terras suas Episcopis, Ducibus, Principibusque in feudum offerebant. *Hert. de feud. obl.* ad exemplum tamen Vrbium ad Rhenum Suevicae ac Westphalicae Vrbes Episcopis fortiter resistere, Colonia Duce, didicere. Ast debiliores Vicinorum Potentium implorabant profectionem. *Magerus de Aduocatia armata.*

§. X.

In deplorandis hisce Germaniae fatis non in-
con-

concinne autumat Schilter in I. P. natales suos repe-
riffe Aufstraegas, quae motibus eiusmodi inhu-
manis nonnihil obuiarent, litesque praeuisas, silente
Rege, deciderent. Add. *Obrechti Prod. rer. Alsat.*
praeprimis cum leue admodum esset Authoritatis
pondus Caesareorum Praefectorum, qui summam
hucusque in Ciuitatibus Imp. exercebant iurisdictionem,
qualem Praefeturam vrbis Bremensis Regem
Sueciae egisse testatur Datt. de P. P. at hodiedum
Elektor Hanoueranus exercet. Hanc Praefeturam
Argentina a Friderico II. & Francofurtum a Richar-
do Rege auro redemerunt. *Koenigshof. Chron. Alsat.*
p. 619. ex quo tempore Praefectis surrogati fuere
Praetores. *Hert. d.l. p. 49.*

CAPVT III.

DE CONSTITUTIONIBVS PACIS PVBLICAE A
RVDOLPHO HABSBVRGICO VSQVE
AD MAXIMILIANVM I.

§. I.

Imperium Germanicum a tot saeculis augustissi-
mum, at his bellorum machinationibus concus-
sum, rapinis laceratum, mutuisque discordiis attri-
tum videbatur iam tum ad ruinam inclinare, quan-
do suadente Romano Pont. Gregorio X. tandem an-
no 1273. Principes ad nouam Imperatoris Elec-
tionem Francofurti congressi, nouum Imperio labanti

D 2

At-

Atlantem, ac securitatis publicae restauratorem Rudolphum Comitem Habsburgicum substituere, quem multis ante annis ab Astrologo quodam fatidico ad hanc augustam dignitatem fuisse destinatum, ait *Guilmann. p. 421.* quamuis nec strenuis animorum agitationibus vacaret illius electio, cum Principes saeculares supremum Imperio caput restitui, frigide cupientes, triduanis eam vellicationibus turbarent. Vid. *All. Argentim.* qui de hoc pulcherrime scribit, peracta tamen Aquisgrani coronatione conscedit solium, statimque exigit a Principibus & Clericis & Laicis solenne fidei iuramentum.

§. II.

Firmato hac fidei religione folio, prima Rudolphum cura subit, concussions, tristissimas illas interregni reliquias, tollendi, praedonumque castra, hinc inde erecta destruendi. *Trithem. Chron. Spanheim. ad an. 1274.* quare confluente populi corona in omnibus fere vrribus iudicia agit, quibus metu reddendorum dominiorum Eberhardus Comes Württembergicus, Hermannus Badensis, aliquie initio reluctantur, at mox obedientiam edoëti, caeteros Bavariae, Franconiae, Sueviaeque potentes in sui sequelam trahunt, vt arrogata sibi Imperialia Domina vltro restituerent. Vid. *Stero in ann. ad a. 1277. ap. Freker. p. 391.* hos inter renuentibus Henrico Badensi, & Ottocaro Bohemorum Regi celeber Poppartensis Conuentus terras abiudicat, quo flagello
vter-

vterque adactus restituenda restituit. De 1mo. vid.
Guilm. de Episc. Argentin. p. 303. De 2do. *Cuspis.*
in Rud. vita. Crockerod in marte Morau. prague 1677.
f. Add. *Dipl. ap. Leibnitz* in C. D. quibus mox
supplex successit *Henricus Bauarus.* *Conf. Gundl.*
otia 2. p. 146.

§. III.

Interim sumpitum necdum erat illud iure militari bellandi studium, cui ab interregno assueti Principes ac Comites priuatis obruere alios armis non desistebant; testatur id Comes Iuliensis Aquisgrani inuasor, cuius a ciuibus interempti terras omnes Sigfridus Archi-Episcopus Colon. priuato iure absorbere parabat. Vid. *Leop. a Northoff. Chron. Marcan. a Meibom. edit. p. 391.* testatur bellicus de successione Ducatus Limburg. congressus Ioannem Belgicum inter & Colon. Archi-Episcopum. Vid. *Praehilum Wekringen. ab Erio publ.* testantur denique ciuiles motus Erfordientes, quorum intuite Rudolphus frequentem ibi Curiam an. 1290. celebrauit. Obui hi ciuiles tumultus Imperatorem securitatis pacisque publ. amantissimum permouerunt, vt pax publica in Comitiis Heribopolitanis an. 1287. primum in annos tres, deinde in Curia spirensi an. 1291. iterum in annos 6. constitueretur. Vid. *Lekmann. Vol. 105. vbi exstat.* & vltra sexaginta Thuringica praedonum castella diruerentur. Vid. *Stero Althaens. p. 371.* solique Imperatori fas esset, exstruere arces, statibus

bus vero sine huius consensu nefas. Hinc videri me-
retur Diploma *apud Schaten*, quo Episcopo Pader-
bornensi duo erigere castra permisum.

§. IV.

Laudatissima haec Rudolphi firmandae P. P. stu-
dia pari conatu exceptit Adolphus Nassouius, qui ad
Regii solii culmen euectus magnanimo, quo polluit,
potuitque ausu, pacem publ. in conuentu Colonien-
si an. 1293. in tres annos prorogauit. *Lehmann V.*
108. & Cap. 119. nec minori pacis seruandae studio
Sceptrum adiit Albertus I. qui vix regali fulgens
purpura, in altero Noribergae celebrato conuentu,
leges a Rudolpho glorioſiſſimo Parente de pace publ.
latas nouis capitibus auxit. Videri legislatio tota me-
retur ap. *Goldastum Tom. 2. Conf. Imp. sub Rubrica:*
Kayser Albrechts des Ersten erneuerte Satzung, quae
quam magnae, faeculis etiam ſequentibus, in Saxo-
nia fuerit Authoritatis, ſcire cupiens, adi *Glossam*
Speculi poster. Saxon. Lib. 1. Cap. 63. item *Glossam Wick-*
bild. seu iur. Municip. Magdenb. art. 35. Attentabat
equidem Eberhardus Dux Würtenberg. imperante
Henrico Luxenburgico, Sueuicas ciuitates Imperia-
les priuato armorum iure laceſſere, ſuoque Duca-
tui veſtigales reddere; aſt imperatoria Maiestate ad-
actus, pacem iis intactam ſpondit, ſicque denuo
Augustae Treuirorum alia P. P. constitutio priori-
bus accedit. an. 1311. quam vide ap. *Goldastum d. l.*
vt & ſingularem illam ap. *Datt. P. P.* quam Imper-
ator

rator hic Virtutibus regiis cumulatissimus de Phal-
burgeris non tolerandis, sed legitimo suo Domino
extradendis condidit.

§. V.

Hucusque per tres Sceptri periodos pax haec
publ. fere inconcussa stetit, verum vbi, defuncto
Henrico, biuia Electorum suffragia vni Germaniae
corpori geminum caput imponebant, haec Ludo-
uicum Bauarum, illa Fridericum Austriacum de-
signantia, quorum vterque coronam sibi legitimam
armis vindicabat; sane non potuit non euenire, vt
Constitutionibus P. P. praecedentium imperatorum
vigilantia tam sancte firmatis rima non leuis inferre-
tur, nam, vti canit *Venusinus Vates L. 2. Ode 1. ad
Pollionem: arma*

Nondum expiatis vñcta cruaribus
Laboriosae plenum opus aleae
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Ita viderat modo Albertus I. an. 1308. confla-
tas in Heluetia quorundam priuatorum scintillas
Simleri Resp. Helu. viderat Suetiicum & cum ipso vi-
tae dispendio sensit infestum confoederatorum genus.
Rebdorf in ann. ad d. a. & ecce! nunc gliscentes sub
cineribus flammae, Ludouico Bauaro cum Frideri-
co digladiante, huiusque ex odio conniuente, erum-
punt, ac solenne foedus Heluetia omnis a. 1315.
sociata sibi Lucerna, pangit, vid. *Leibnitz in Cod. I.*
G. D.

G. D. ipsumque obuium inter alpes Leopoldum Austriae non amice excipit. Vid. *Burgund. ap. Sembach ad d. a. p. 32.*

§. VI.

Vagante hisce in turbis latrociniorum licentia tandem Ludouici Imperatoris sollicitudo in firmando Imperii pace se exserit, qua non tantum ad Rhenum a. 1319. pacem restituit. Vid. *Trithem. ad d. a. in Chron. Hirsaug.* Sed & auspiciis suis Sueuicarum Ciuitatum securitatem procurat, cuius tabulas vide *ap. Dattium de P. P. L. 1. C. 5.* verum exaucto-rato Ludouico, suffectoque illi Carolo IV. qui pariter cum Ludouico de Sceptro certabat, Sueuicae Ciuitates cum Principibus Carolo inuisis an. 1331. nouum non inuito Ludouico ineunt foedus, sibique vindicant libertatem. Vid. *Datt. d. l. quas haec regni discordia turbas attulerit, praeter testem Noribergam, quae Senatum pro Carolo stantem furori ciuium exponi, ipsumque diripi Archium, dolenter sensit. Vid. Wagenseil de hac Ciuit. docet ipsum.*

§. VII.

Confirmati ad solium Caroli initium, qui locos omnes rapaci praedonum genere scatere videns, Vehmicis in Westphalia iudicibus, quorum Authoritas a Carolo M. existebat, copiam facit, hasce faeces per vniuersum imperium inquirendi. Vid. *Praefat. Leibnitz. Tom. 2. Rer. Brunswic. & Schateni ann. Paderv. p. 341.* qui fratrem Wenceslaum Ducatu Luxembur-

burgico donat, ut omnes Rheni inferioris terras purgaret. Qui A. B. a. 1356. in Comitiis Noribergae celeberrimis ad tollendas Electionum difficultates condita, inualescentibus adhuc diffidationibus vetat, alterum ab altero iure priuato obrui, sed per triduum iubet praeire diffidationes. Quo tamen, cum Paci publicae consultum non perspiceret, constitutio-ne Aureae Bullae Saluum conductum Electoribus praestari desiderat, de quo vid. *Boecleri Diff. Con-ductor Carol.* ac tandem Metis Aureae Bullae constitutionem de diffidationibus annexit. *Lewold in Chron. Marcan. ap. Meibom.*

§. VIII.

Ast quanta emolumenti, nedum detrimenti seges e triduanis hisce diffidationibus, aucta per anarchiam procerum potentia, nata fuerit, patet ex foedere Rhenano ac Suelico, quod a 1356. consensu Imperatoris contra Principum inuasionses a ciuitatibus est initum, vid. *Diploma ap. Lelmann de P. P. & Dant. L. 1. C. 5. de P. P.* patet ex foedere Hanseatico, quod inter Ciuitates 72. Hanseaticas: Hansse = Städte ad id compactum, ut aduersus iniurias, Principum Vicinorum commercia, sua que priuilegia tuerentur. Vid. *Werdenhagen de rebusp. Hanseati.* Add. *Pontanus in ann. Gelricis ad a. 1364. Lambec. orig. Hamburg.* patet ex foedere, quod inter ciuitates inferioris Saxoniae, mutuis se velitationibus conterentes, societatis nomine contractum,

E

&

& a Carolo confirmatum, in *Lubecensum scriptis* repertus. Patet ex memorabilis prae aliis foedera, quod a. 1379. inter Sueviac Ciuitates, Rheni Palatinos, Bauariae Duces, & Bernardum Badensem Marchionem communis periculi metu, in 5. annos contra-
ctum. Vid. *Tab. ap. Datt. de P. P. L. i. C. 6.* patet ex societatibus bellicis inter Principis & Ciuitates Saeculo XIV. sub S. Georgii, S. Wilhelmi, cornutorum & Leonum symbolo institutis. Vid. *Datt. d. l. C. 7.* qui refert tabulas integras. Patet denique ex peculiaribus inter Ciuitates, Rhenanas, Suevi-
cas, Franconicas a. 1381. Authore Wenceslao Re-
ge, ad infirmandam Principum Teutonicorum po-
testatem, initis confoederationibus, quibus & vr-
bes Helueticae acceperant. Vid. *Lehmanni Chron. Spir. VII. 66.* at pleraque a Leopoldo Austriaco au-
ri munere ab eo foedere abstractae, ne vrbes Helue-
tiae auctis viribus inualecerent. Vid. *De Roo. ann. Aufr.* verum sicut magna moles, nisi solido innita-
tur, aut premat, aut ruat, necessum, ita & foedus
hoc magnum Mergenthemii 1384. prolongatum, a
Wenceslao a. 1387. confirmatum, tandem strato fu-
soque prope Weilam foederatarum vrbiuum exercitu
dissoluitur, ac a Wenceslao, destruatis his foederi-
bus, aegrae in 10. annos Pax publica promulgatur
a. 1389. Vid. *Tab. aegram. ap. Datt. L. i. C. 9.*

§. IX.

Temporariam hanc pacem permisae in A. B.
diffi-

diffidationes vbiique eludebant, ac Wenceslaus in Bohemia inerter degens, turbulentam adeo relinquebat imperii faciem, vt Principes Francofurti congressi Pacem publicam promouere haud valerent. Sic Fredericum Brunswicensem, exauktorato Wenceslao, Imperatorem designatum Waldeccii, saepta diffidatione, prope Fritzlariam priuato iure inuadunt, vietumque interimunt. Vid. Zach. Vietor. in der Waldeckischen Ehren-Rettung. Sic Rupertus Palatinus Imperator ius Mediolanense a. 1400. vindicaturus, deficiente pace publica, ob quam Principes non securi domi remanebant, viribus distituitur, qui quamvis constitutione de pace publ. erigendae, de qua per imperium ordinanda Schürtzf. Disp. 49. p. 22. memorat edictum reperiri, strenuam locasset operam; ipsa tamen constitutio neque apud Goldastum, neque alios nouitios scriptores in lucem prolata est.

§. X.

Quanquam demum fatigati turbarum iniuria Principes pro pace publ. manutenenda mutua inter se foedera amplexarentur, ac, Sigismundo imperante, expeditiones in Bohemos Hussiticos promouendae seriam de P. P. deliberationem Comitiorum Noribergae suaderent; cuius acta vide ap. Datt. de P. P. L. 1. C. 24. cum tamen sub Alberto II. pax ipsa nec vigeret, nec publicata cerneretur, infrequens erat Principum coetus in Comitiis Noribergae celebratis, quae quandam delineationem de imperii di-

E 2

uisio-

tuisione in 6. circulos conceptam, non dedu&stam ad finem videbant, *Cocceius in iure publ. C.36.* quae tamen iudicium Austraegarum, quod ab interregni tempore modo obtinebat, in actionibus realibus constituisse, monstrat *Cocceii oratio de Austris.* Add. Schütz. *Ius publ. Vol. 2. Exerc. 3.*

§. XI.

Post Comitia haec Fridericus III. multo frequenter cogit Francofurti Curiam, quae Iudicij Vehmici, Principibus Superioritate Territoriali gaudentibus inuisi, correctionem spectat, pacis publicae Consilium proponit, pangenda prohibet foedera, & Caput A. B. de Diffidationibus sub poena banni obseruandum statuit. Vid. *Reform. Frid. 3. de a. 1442.* neglecta autem, ut notat *Datt. de P. P. circularorum diuisione,* nec pacem firmam stabilitam esse scribit *Schürtzf. Disp. 49. p. 26.* & *de Roo in ann. Austr. L. IX.*, multae quoque, inquit, de pace in Imperio seruanda, omnibusque controuersiis omice componendis, consultationes sunt habitae. Et quamvis admittente maxime Friderico pacem seruari debere, omnes decerrent, nisl tamen ad rei summam transigi potuit, quin male farta inter inimicos gratia iterum dissolueretur. Hinc vidisses in Heluetia Zürch cum caeteris Cantonibus bello priuato decertare. *Stumpfi Schweizer-Chron.* vidisses Ioannem Corunum animose Austriam, Styriam, Carinthiam diripere, ac opima onustum praeda Hungariam repetere. *Bonfin. Dec. 3. L. VI.* vidisses Ulricum Ein-

Eintzinger Bauarum in Ulricum Comitem de Cili
inimice agere, ac ipsummet Imperatorem ex Italia re-
ducem Neustadii obsideri. *De Roo d.l.*

§. XII.

Intestinis his malis accedit a. 1454. occupata a
turcis Duce Mahomete II. Constantinopolis, quae
plures condi Ratisbonae, Francofurti, Neustadii exi-
git Constitutiones, att omnes statibus ipsis bello pri-
uato implicitis effectu destituntur. *Datt. d. P. P. p.*
196. cum enim dissidationes ad 5. tantum annos tolli
deberent, status militem ne vnum in turcas educere
volunt. Nec, tametsi postmodum solennis illa belli
denunciatio, sive dissidatio, aboleretur, deficiente rei
Executor, terrisque in circulos non diuisis, vilus sta-
tuum pro Expeditione turcica militem annuit suppe-
ditare. *Schilter in I.P. ad Reform. Imp.* Et sane quis
propriae securitati non confuleret? cum hinc ciuiles
motus inter Ditericum Archi - Episcopum Mogunti-
num & Adolphum Nassouicum: vid. *Serrar. de Reb.*
Mog. illinc inter Albertum Brandenburgicum & Wol-
gastenses de Successione Pomeraniae: vid. *Fridebor.*
in *Hist. Stetin.* hinc inter Ciuitates Würtenbergam,
Eslingam, & Vlmam: vid. *Crusi ann. Sueu.* illinc
inter Noribergam, & Marcgrauium Achillem: vid.
Wagenseil de Ciuit. Norib. hinc in Geldria Ducem
Adolphum inter & Arnoldum parentem: vid. *Mete-
ran. Niederländ. Historie:* illinc in Austria inter
Albertum & Imperatorem ipsum agitari conspiceret;

E 3

Roo

Roo d. l. p. 256. Tandem a. 1466. redintegrantur Norbergae Comitia, quae in a. 1467. prorogata, vident deliberationem de introducendo Iudicio Camerali, firmandoque Pace publica, cuius Constitutionem habet *Goldstus & accuratius Schilter* in I. P. T. 2. hic proponit quidem Caesar erigendum esse Iudicium Camerale, quod ex 24. Iudicibus compositum, turbis intestinis finem, modumque poneret, ideoque putat Dattius *Ein Land = Frieden = Gericht*, appellandum esse; verum, cum Fridericus semper ad diffidationes in A. B. permittas (quales & an. 1474. ab eo Carolo audaci Burgundiae Duci missas exhibet *Fugger im Österreichischen Ehren-Spiegel*) concluderet, ac praeterea, vt erat meticuloſus, statuum aduersus se confoederationem subuereretur, res omnis in deliberatione perstitit, mansitque inacta. *Schilter c. l.*

§. XIII.

Nefandum hoc diffidationum genus quantum ruinae rei Germanicae importarit, loquuntur Historica documenta, turbaeque ipsae a Caroli IV. aetate feruentas, quas literae clarigationis seu infelices prodromi praecessere. Habes alias apud *Lehmannum L. VII. Chron. Sp. C. 86. C. 89. C. 100. 101. 103.* alias ap. *Ioan. Pontan. L. 9. Hist. Gall. 1428.* alias ap. *Datt. de P. P. L. 1. C. 15. n. 14. seq.* Atque vt petulantiam illorum temporum discas, non displicebit videre ex *Hertii opp.* literas diffidatorias, a sociis Dynastae de Mynzenberg, Comiti Solmensi transmissas huius tenoris:

Wifet

Wihet Wahlgeboren Jungher Jungher Ott Grabe
 zu Solms, daz ich Hennz Koch mit mynen Kochen-
 Knaben, vhemeden, und allen mynen Brot- Ge-
 synne, nemlich Elesgin, und Henchen Kochen- Kna-
 ben, und Elsgin, und Lückel, vhemeden mit un-
 serm Helffern, es seyen Mezeler, Holz-Dreger, oder
 Schößeln- Wechterssen uwer des Uver Lande,
 Leute, und sonderlich uvers Dehes feint sin wollen
 umb Unsers Guadigen Jungher Gottfrits von Ep-
 penstein, Herrn zu Münzenberg Willen, und son-
 derlich der Ursach halben, als ich Hennz Koch uver
 Hemel einstechen wolten, han ich mich darüber in ein
 Bein gestochen, und auch daz ich mit mynem An-
 hang für dieser Zyt, als wir uns zu dieser Dehede
 geschickt, vil Arbeit gehabt han, und obe Gott will,
 noch zu vilmahln thuend werden. Und ob ir oder
 wer Dehe des einicher Schaden, es were mit Sü-
 den, oder Braten nemen würdt, wollen wir unsere
 Ehre an ich hirmit gnugsam verwart hain, und schei-
 den doch in dieser Dehede usz Hermann Kochen, und
 sin Mitgesellen in der Rechen. Datum unter myn
 Lückeln der Vehemed Kochlichen Ingescigel, des
 wir andern uns in der Kochen zu gemeiner Nottarfft
 gepruchen. Am Mittwochend noch Anderee anno
 Millesimo, quadringentesimo septuagesimo septimo.
 Cum ergo pudendus hic similisue diffidandi mos vbi-
 que obtineret, status illustriores an. 1471. Caesari,
 subsidium in turcas Ratisbonae in Comitiis vrgenti,
 se in eo praestando non defuturos, ea lege pollicen-
 tur,

tur, si pro stabilienda pace publica iudicium Camerale ordinandum curaret. Freber T. 2. & Leibnitz in Cod. Dipl.

§. XIV.

Tandem anno 1486. electus Francofurti Romanorum Rex Maximilianus in his Comitiis de pace publica valide adeo perorat, ut singulari Constitutione pax publ. in decennium promulgaretur, qua Austraegeae iudicium ferrent, scilicet Electores iudicarent Electores, & sic porro: donec Constitutionis Executores demandarentur. Vid. Constit. haec apud Lehmann. de P. P. quae viam Wormatiensi praebet. Alia infrequente anno Noribergae Comitia conuocat Fridericus, & pacem publicam proponit firmandam. Vid. Acta ap. Datt. de P. P. sed Trithemius in Chron. Hirsau. T. 2. p. 529. scribit: *practer verba nihil aliud sequebatur.* Id quod euentus etiam comprobat; nam, iudicantibus adhuc in Belgio Praefectis Imperii, Brugae in ipsum Maximilianum mouent seditionem, occasione fidelissimo eius famulatu, illum Palatii claustris detentum per 16. hebdomadarum spatium custodiunt, quem inter ipsa vitae discrimina haerentem liberaturus Imperatur anno posteriore euocat uniuersum Imperii militem, at statuum plerique non sarta teatque P. P. Fridericum auxilio destituunt. Schiortz. in not. ad Vitam Alberti Bob. p. pen. Itaque contiocata an. 1489. Francofurti Comitia iudicium Camerale seu pacis publ. propugnaculum erigunt, cuius Constitutionem hucusque inuanum quaeſitam

Beſſ-

Befferer Consulis Vhmenfis literae affirmant 15. foliis
constituisse; ast, cum, nec sublatis foedere diffidatio-
nibus, tuenda paci publ. impares forent Principes,
pro hac seruanda pace solenne foedus Sueicum eo-
rum solerti cura compingitur. *Mutius in Chron. ap.*
Pistor. Datt. p. 254.

CAPVT IV.

DE CONSTITVTIONE PACIS PVBLICAE MAXI-
MILIANI, EIVSQVE VSV IN IVDICIO
CAMERALI.

§. I.

Dixi in praecedenti Capite §. vlt. Maximiliani Re-
gis suasu in Comitiis Francofurtanis iudicium
Camerale ordinatum erectumque fuisse; nunc Impe-
ratoria praefulgens Maiestate primas sedandis priua-
tis bellis curas deuouet; nam cum laudatissimus hic
Imperator vidisset continuatas binis fere saeculis mu-
tuas inter Christianos inuasionses, per quas regna in-
tegra haud parum diminuta misere lacerarentur,
non sine multarum animarum interitu. • Vid. *Lands-*
Fried 1495. in Praef. visum est illi, solertis esse
Maiestatis, ita Reipublicae Clavo manum admo-
nere, & subditorum commodis inuigilare, vt vti-
litas regni incorrupta persistat, omnisque singulo-
rum status seruetur illaefus. 2. f. 55. pr. Quare in
ipso supremi principatus aditu anno 1495. Worma-
tiae conuocat Comitia, vt inter caetera hucusque

F

fre.

frequentissima, ita & obseruatu dignissima, quae cum
praeprimis firmandam pacem publ. ceu scopum spe-
stant, eam vero sine constituto praevie iudicio
aegre obtinendam cernerent, vid. *Datt. de P. P. L. IV.*
C. 1. vt & verba Praefationis O. C. nachdem derselbe
(Land-Fried) ohne redlich, Ehrbar, und förderlich
Recht schwerlich in Wesen bestehen mag, darum auch
gemeinen Nutzen zu fordern, und zu Rothdurft Euer
allen ic. manifeste denotant, indefessa Imperatoris
solertia ac Bartholdi Archi-Episcopi Moguntini &
Comitis Hennebergici Authoritate, qui stabilitam
demum pacem publicam candide optabant, iudi-
cium Camerale erigitur, firmaturque. Vid. *Speidelius in notab. Voce Cammer-Gericht. Gail. de P. P.*
L. 2. C. 1. Hert. de Consult. S. R. I. G. Saluo tamen
Principibus constituto Austraegarum iure. *Art.*
XXII. O. C. b. a.

§. II.

Stabilito nunc iudicio cum Comitia haec in ma-
gna Principum omnium ordinum multitudine pro-
ducerentur, ac testante *Mutio in Chron. p. 346.* maior
Principum pars praे caeteris Consultationibus pacem
primo firmandam inter Imperii membra, Ciuitates
& Principes vrgeret, tandem re impense delibera-
ta, communicatoque cum Statibus consilio Maximili-
ianus 7. Aug. d. anni Constitutionem pacis publi-
cae conficiendam, & promulgandam curat. Sub Tit.
Der Königliche Land-Friede, und Handhabung des
Friedens, Rechtes und der Ordnung zu Worms.
Qua

Qua cautum, ut diffidationes tam per Carolum IV. in A. B. T. 17. quam Fridericu[m] III. in Rec. 1442. Art. 1. eorumque Praedecessores ex iustis causis permisae, atque, his legitime intimatis, a triduo licitae inuasionses, ceu infelices tot calamitatum Imperii genitrices, a die hoc penitus sublatae prohibita[re]que sint, idque sub poena pacis publicae seu banni. Vid. *Der Land-Friede 1495.* Art. 1. & 2. quae poena etiam pecuniaria 2000. m. a. statuitur. Vid. *Handhabung des Land-Friedens 1495.*

§. III.

Quemadmodum itaque nobilibus saluberrima hac sanctione belli priuati iura adempta erant, ita quoque necessarium videbatur, ut huic Constitutioni eadem Comitia substituerent Reformationem iudicii Westphalici, quae & emersit sub Tit. Reformatione *König[er] Maximiliani die Frey-Schöpfen*, und das heimliche Gericht in Westphalen betr. de qua vid. *Thomas. de orig. & inter. iudicii Westph.* Quamuis autem seruandae huic paci non parum prodesset illud sueicum principali Authoritate compactum foedus, cuius virtute multas extra Heluetiam rapiendas in Imperio sublatas, ac publica viarum latrociniis apprime purgata esse, scribit *Stumpfius* in *der Schweizer-Chron.* L. 13. C. 21. attamen in pacis robur a. 1500. 2. Iul. in Comitiis Augustanis alia prodit Constitution, sub Rubr. Röm. Königl. Maj. und des Heil. Reichs-Ständen Ordnung des Regimens.

F 2

Hoc

Hoc Regimentum Regni, ex Imperatore, Eius legato, & viginti statuum membris compositum, Imperiale quasi consilium audiebat, quod motas subditorum lites dirimeret, de pace ac bello decerneret, ac, diuisis necdum circulis, strenuam pacis publ. executioni manum praebaret. Conf. Werlhoff. de iure Germ. Patrio. p. 15. Not. 9. Nauckler. Vol. 3. gener. 50. atque, ne quid dubii circa Constitutionem d. p. p. occurrere cuidam posset, hanc pacem Imperator in iisdem Comitiis vterius declarat, vid. Erklärung des Land-Friedens de a. 1500. iudicioque Camerali denunciationem banni, aliarumque poenarum ex iure communi in pacifragos feriendam demandat. Ibi T. 2. ipsam vero executionem, in sententiae a Camera latiae refractarios, Regimento Regni committit. Ibi T. 6.

§. IV.

Hanc pacem in genere confirmat R. I. de anno 1510. §. 17. & R. I. de a. 1512. §. 3. eandem repetit confirmationem vna cum eius Executione & persecutio-
ne §. 8. quam Imperator intuitu pacifragii Bambergensis in Camera ad poenam banni peragendam vrget, §. 18. & vt imperium a. 1500. in 6. diuisum circulos, qui ratione praefidii disputati confusi eosque erant. Lymnaei I. P. L. 1. C. 7. ita in his comitiis 4. accedunt. Vid. Goldasti Bohem. L. 7. C. 16. Sed quo illibata porro pax illa subsistat, Comitia Moguntina, quae a. 1517. emendatam Ordinationem Cam. ob nouos quotidie casuum euentus condidere, vltorio-

riorem de P. P. deliberationem suscipiunt. *Datt. de P. P.* Tantopere Maximiliano & Statibus cordi erat pacis huius conseruatio. Ast cessante Maximiliani Sceptro, cessare quoque pacem autumant turbatores; hinc a. 1519. non inanem belli priuati ideam exhibet Dioecesis Hildesiensis, inter Episcopum Ioannem, & Dynastas Saldernenses, quibus ille castrum Lauenstein pro summa 9960. aureorum oppignorarat; redempto pignoris iure arguitur Episcopus a Dynastis, proprias eorum facultates vna abstulisse: quare hi, missis iure militari literis diffidationis, peractisque depraedationibus, in terras aufugient Brunswicenses. Iniquo hoc animo ferens Episcopus in Duces Henricum Brunswicensem, & Wilhelmm Luneburgicum armis inuolat, praelioque captos abducis eodem mente, quo Carolus V. Francofurti suffragio Electorum Caesar renunciatur. *Chyraeus Saxon.* L. VIII. p. 217. indignans ea de re Carolus his P. P. turbatoribus omnem vim facti inhibet. At spernens Imperatoris monita Episcopus banni fulmine a Camera & vapulat, & terris excidit, nonnisi ex parte 1645. Dioecesi Hildesiensi restitutis. *Boecleri Hist. Sec. XVI.* p. 332. tale fulmen in Ulricum Ducem Würtenbergicum, Reuttingam eodem anno vi armata occupantem, a iudicio Camerali emissum ac deuibratum refert. *Ioan. Tetlinger de turb. Würt. ap. Schardium T. 2.* quem consule.

§. V.

Interim nouante in Germania Luther Imperator

F 3

tor

tor prima Wormatiae Comitia celebrat a. 1521, in quibus potestas antedicti Regni Regimenti rimam haud modicam patitur. Vid. Röm. Röm. Maj. Regiment auf dem Reichs=Tag zu Worms a. 1521. aufgerichtet. Hippol. a Lapide de rat. stat. Germ. P. 2. C. 5. Sect. 2. & Constitutioni P. P. confirmatum robur accedit. Vid. d. R. I. Comitia haec e vastigio insequuntur alia Noribergae 1522, in quibus singularis emanat Constitutio de Executione, aduersus fractoras pacis publ. proscriptos, & legitimis mandatis & sententiis latis non parentes, per Circulos siue Provincias Imperii instituenda. Hortleder T. 1. L. 1. C. 1. cui R. I. de anno 1529. §. 11. seq. Mandata super Pace publ. Processum Fiscalis contra inobedientes, Mandata auocatoria & auxiliatoria subnectit. Vid. d. R. I.

§. VI.

Quam felix autem hucusque ac foecunda a cu-
nis suis videbatur Maximilianeae pacis publ. Constitutio, tam sinistra executionis fata praesagit illi disruptum foedus Sueicum, quod in hanc usque diem Mandatorum e Camera emanantium executionem pacifico euentu promouit; quanquam illud a. 1533. Nordlingae novo firmaretur robore, postea tamen renitente Philippo Hassiae Landgrauio vna cum incitatis Ciuitatibus Ulma, Noriberga, & Augusta, quae toruo hoc foedus oculo cum Longley Galliarum Legato intuebantur, illud diuisum corruit. Vid. Secken-
dorf. L. 3. Sect. 4. p. 21. & ex eo Datt. de P. P. p. 427.
Add.

Add. *Strauchii Diff. Exot. X.* quo facto Philippus Hassiacus Ulricum Würtenberg. banno ante proscriptum vi armata terris restituit. Vid. cit. *Tethinger*, ac Friderico Saxonico iunctus priuato iure Henricum Brunswicensem bimestri spatio Ducatu adigit exulare. *Sleid.* L. 12. Sicque priora turbidi interregni tempora aut rediisse, aut imminere saltem videbantur, nam motus in quorundam statuum animis feruentes aliud coagulabant foedus Smalcaldicum, quod anno 1530. inter Fridericu Saxon. & Philippum Hassiacum in vrbe Smalcaldica cumpingitur. An. 1535. in 20. annos renouatur, & 1537. confirmatur.

§. VII.

Cum autem hae turbarum minae Comitia quoque non parum agitarent, haud obscurum colligere erit, cur iurisdictio in causis Ecclesiasticis a. 1541. Cameræ iudicio Ratisbonæ praefcinderetur: cur Domini norum Protestantium Assessores 1544. Spiræ in Cameram sint recepti. Vid. *Sleid.* L. 14. cur demum a. 1548. 24. Febr., vietricibus de foedere hoc Smalcaldico in Saxonia Caroli armis, noua Constitutionis pacis pupl. declaracio successerit, cuius vigore sanctum, vt non solum decernenda in Pacifragos poena banni, sed & in Blasphemos secundum Nemesis Carolinam animaduertendum sit. Vid. *R. I.* de a. 1548. Add. *Ord. Crim.* imo deficiente Executione in Caesarem ipsum Executoris officium cadat. Vid. d. *R. I.* Verum has constitutiones vtvt saluberimas optato sub
inde

inde effectu caruisse quis est, qui miretur? obstabat hinc Smalcaldicum foedus, socios vi demandata exequi recusans; illinc Suevicum non amplius integrum substituit. Quare cum Albertus Marchio Brandenburgicus Episcopos Herbipolitanum & Bambergensem diris exactionibus armorum iure diuexans, declarato a Camera banno compelleretur, huiusque Executio statibus Franconicis, Comiti Palatino ac Duci Ioanni Friderico demandata incumberet, placuit quidem 1553. rem amica transactione componere, at speratum res omnis euentum non vidit. *Thuan.* p. 543.

§. VIII.

Ast huic alias longe felicior executionis exitus, succedit in Wilhelmo Grumbachio, qui, cum pari vexa Cathedrale Capitulum Herbipolitanum, cuius Episcopum Melchiorem Zobelium sicario ille iure interfecerat, infestare conaretur. Vid. *Petr. Lorrich. de Caede Melch. Zob. Comitia Augustana a. 1559.* praepter Visitationem Iudicij Cam. Executionem P. P. deliberandam imperante Ferdinando I. suscipiunt. *Goldast. Politische Reichs-Händel P. V. p. 162.* quod & sub Maximiliano II. a. 1566. factum leges, *in Epitome Schardii T. IV. p. 46.* eo effectu, vt banni poena an. 1562. a Camera Imp. in Wilhelmum Grumbachium declarata, nunc an. 1567. Executioni mandata fuerit ab Augusto Saxonie Electore, qui rem omnem sibi nomine Imperii commissam non sine iustitiae emolumento consecvit. Vid. *Schard. d. l. p. 49.* Add.

ebni

Add. *Mülleri ann. Sax.* p. 143. seq. *Sleid. Cont. L. 3.* Sic & posteriora Comitia assidua fere cura circa promouendam P. P. executionem tenebat. Vid. *R. I. de anno 1569. & de a. 1570.* in quo militum Praedones eliminati, pacis publ. Executio deliberata, foedus Hanseaticum hucusque ad 22. vrbes auetum, ad 3. diminutum fuit. Add. *Thuan. L. 47. d. Epit. p. 140.*

§. IX.

Hic sicut agmen Constitutionum P. P. quas per omnia confirmauit *Instrumentum P. W. art. 22. §. Veruntamen.* Ibi: *nulli omnino statuum liceat ius suum vi vel armis persequi, sed si quid controvrsiae, sive iam exortum sit, sive posthac inciderit; unusquisque iure experiatur, secus faciens, reus sit fractae pacis.* Vtis nunc ceu per transennam pacis publicae Constitutionibus, ac delibata in quosdam Violatores poena banni, iuuabit modum ipsum ac processum iudicarium ad has Constitutiones directum paucis adumbrare, quo deinde ratio quaestionis nostrae facilius pateat, saniusque resultet.

CAPVT V.

DE MODO ET PROCESSV CITATIONIS AD CONSTITUTIONEM PACIS PVBL. ET EXIGVO ILLIVS VSV IN IVDICIO CAMERALI.

§. I.

Vidimus in superiore Capite §. I. iudicium Cameræ Imperialis a Diuo Maximiliano tunc tempore

G

ris

ris Romanorum Rege anno salutis 1495. ultima Octo-
bris communi Statuum consensu institutum. Videam-
mus & nunc post primum 3. Nouembris eiusdem
anni factum Francofurti ingressum, iudicij huius
procedendi modum, causasque eius iurisdictionem
fundantes cum ipso Citationis processu, usque pau-
lo post exiguo expendamus.

§. II.

Quemadmodum decernendam poenam banni
non nisi summo Imperii moderanti, aut eius vice de-
fugenti, iudicio puta Camerali, competere liquet,
ita & singularia tam actionis quam iurisdictionis re-
quisita in hoc iudicio praescribit O. C. P. 2. quae ceu
prima fundamenta, vt 1.) illatam vim publicam T. 10.
2.) Manum coadunatis hominibus armatam,
T. 10. ibi. 3.) Dolum malum T. 11. pr. probanda
a singulis & alleganda praemitto. Positis his circum-
stantiis competit accusatio fractae pacis publ. in su-
premis Dicasteriis laeso, eiusque heredibus, cuius de populo, & fiscali Caesareo aduersus pacifragos,
cuiuscunque sint qualitatis. D. ab Andler. in Corp.
Const. Imp. vom Land- Frieden sive sint saeculares
immediati & mediati; vid. Tit. Const. P. P. dass von
wegen Ueberfahrung des Kaiserl. Land- Frieds am
Camerer- Gericht sc. nisi hos a iurisdictione Came-
rae tueatur priuilegium, quale Ducis Brabantiae sub-
ditis in Comitiis Augustanis a. 1548. Singulari con-
uentione inter Carolum V. & ordines Imperii colla-
tum

tum refert *Gail. L. 1. de P. P. C. 11. n. 7.* Vid. Integra transactio Burgund. ap. *Wehn. Sympohor. Tom. 6. C. 2. §. 2.* sive sint Ecclesiastici. *Land - Fried 1495.* quos tamen immediate Imperio propter regalia subiectos intellige, alios autem mediatos coram suis ordinariis conueniendos excipe cum *Gailio de P. P. L. 1. C. 1.*

§. III.

Duplex hic actionis via patet vel criminalis, vel ciuilis. Si de fracta pace quaestio obtinet, poenas persecuturus ingreditur viam Citationis. Si vero de frangenda pace metus est, aut ad rem, quae nobis abest, agendum, obvia est alia mandatorum. *Decker in Vind. p. 581.* quae duplex via, vti distinctam plane naturam habet, ita & sigillatim de utraque tractandum censeo; & Caput hoc Citationem iam vi gentem, mox autem exolescentem, alterumque mandata absoluet.

§. IV.

Criminalem itaque viam Citationis, vt leui pe de percurram, et si in arbitrio violati actoris sit possum, poenas fractae pacis cum restitutione bonorum ablatorum, damnorumque reparatione cumulare, vel seiungere. *O. C. P. 2. T. 9. §. wir wollen auch 4. ciuilem tamen actionem & simul criminalem aequae principaliter intentare vetat L. interdum cum ibi ff. de publ. iud. & nonnulli accusationem criminalem intentare principaliter, petendo reum puniri statuta poena, & deinde incidenter per officium iu-*

G 2

dicis

dicis petere restitutionem rei occupatae permittit L.
 interdum s. qui ff. de furtis. Conf. Bart. ad L. 2. s. 1.
 ff. de vi bon. rapt. & vide verba im Land= Frieden:
 auf die Pön der Rechten und des Land= Friedens
 sämtlichen, oder deren eine insonderheit, und um die
 zugefügte Vergewaltigung oder Entsezung mit und
 neben den obgemelten Pönen, oder aber allein prin-
 cipaliter und insonderheit den Land= Frieds= Brecher
 vor dem Cammer= Gericht vorzunehmen ic. Persecu-
 tione hac criminali ad poenas banni, priuationis bo-
 norum, iurium, dominiorum, infamiae, aliasque
 poenas iuris communis v. g. ad poenam legis 7. si
 quis in tantam C. vnde vi. Item de vi publica & pri-
 uata agit vel ipse violatus, vel Procurator Fisci, aut
 vterque simul. O. C. P. 2. T. 9. s. So jemand. Et
 instituitur Citatio ad videndum se incidi, & declara-
 ri in poenas fractae pacis, qua Citatione emanata,
 & qualitatibus legitime & probatis & examinatis pro-
 cedit declaratio poenae fractae pacis in forma ap.
Gailium L. 2. C. 6. n. 9. publicata hac in Consistorio
 Camerae Sententia statim dominus Iudex & Assesso-
 res ex iudicio surgentes, in publicum iuxta R. I. de
 1576. s. 57. prodeunt, vbi Protonotarius iudicij in-
 corona iudicis, Assessorum, multaque hominum
 frequentia ex breuiculo sub dio recitat denunciatio-
 nem banni hoc pacto: Nachdem auf Beklagen und
 erfolgen N. am Räys. Cammer= Gericht in die Pön
 des Land= Friedens, auch Röm. Räys. Majestät, Un-
 sers allergrädigsten Herrn, und des Heil. Reichs-
Acht

201b

Acht mit Urtheil und Recht gesprochen, und erklärret worden ist, darum im Namen und an statt hochgedachter Röm. Kays. Majestät denuncieren und verkünden wir denselben N. in solch Kays. Maj. und des Heil. Reichs-Acht, sezen ihn aus den Frieden in Unfrieden, und erlauben sein Leib, Hab, und Guth Klägerin, und jedermanniglich. Facta hac denunciatione publica Protonotarius Schedulam denunciationis frustillatim ruptam, in terram abiicit, S. Caef. Maiestas pedibus proculcat, & forsitan apud nos iudex Cameræ, si exemplum daretur, fiscique famulus discriptra quedam frustula colligit. Vide de his solemnitatibus publicat banni. *Iul. Magenh. P. 2.*
T. 9. p. 97. Titem. de Benign. obs. Cam. 43. affixionem Edictorum ad valvas Ecclesiae, & solemnitatis bannique effectum describit *Gail. d. C. 6. n. 20. & seq.* Rationem autem, quare Fiscalis famulus frustula quaedam colligat, non improbabilem adstruit. *Decker in Vind. p. 905.* vt indicetur, abhinc Fiscalem fibi ius quae situm contra bannitum, omnesque eius adhaerentes ad Fiscales poenas procedendi, acceptatam a se declarationem, iureque suo se usurpum, publice profiteri.

§. V.

Idem obtinet declarandi modus, eadem fere formula banni, in suspectum fractae pacis, contumacialis, de quo vid. *Gail. L. 2. de P. P. C. 7.* Singulares tamen triusque banni differentias lege *d. I. C. 6. n. 3. & seq.* Atque hanc in bannum declarationis

G 3

iuris

jurisdictionem a primo Constitutionis suaæ aeuo in Camera exercitam effloruisse, testatur *Gail. de P. P. L. 2. C. 1. n. 29.* Vbi 26. Februarii 1496. primam omnium sententiam banni Imperialis dicto modo pronunciatam esse leges. Testatur *Gundlingus in otii 2. de Ruprechto Philippi Electoris Palatini filio,* qui a 1512. Successionem Bauaricam Alberto Bauariae Duci eripere vi armata tentabat, sed declarante Camera violatae pacis poenam sensit. p. 183. & seq. Testantur denique adducta in praecedenti Capite praeiudicia de Episcopo Hildesiensi §. 4. de Ulrico Duce Würtenbergico *ibid.* de Alberto Brandenburgico §. 7. de Wilhelmo Grumbachio §. 8. in quibus ferre omnibus demandata banni & concomitantis bonorum priuationis executio luculenter patet.

§. VI.

Haec banni potestas in causis quoque Civilibus executorialibus extra fractam pacem in iudicio Camerali eminuit, cuius formam sententiae conditionalis cum termino suspensio aliam contra Statum Ecclesiasticum n. 20. & aliam contra saecularem n. 22. refert *Gail. L. 2. de P. P. C. 4.* quem adi, de Reuisione autem a Sententia Camerali banni declaratoria consule *Bechtium de Salu. Cond. Th. 120.* & seq. Cum Bender de Reuif. *Concl. 34. per totum & n. 27.* quorum Scrinia expilare, nostro calamo non expedit. De iurisdictione Camerali banno proscriptos absoluendi, in *Ord. P. 2. T. 18. in princ. fundata vide Roding. L. 1. T. VII. §. 23.* Vbi exemplum imperatae flexis genibus

bus absolutionis, in causa Sievers contra Wülfen
de a. 1658. cum forma absolutionis suppeditat.

§. VII.

Quanquam autem poena banni & priuationis
bonorum in multam pecuniariam 2000. m. a. par-
tim fisco, partim auctori applicandam iuxta R. I. de
1521. commutata abierit, vide & R. I. de 1576. & 82.
de qua videatur plenius *Blum. Proc. Cam. T. 29. §. 77.*
& seq. Exolenit tamen nonnihil frequentata hucus-
que banni potestas, eamque dubiam fecere mota con-
tra Cameram ab annis 1556. & 57. Statuum poten-
tiorum grauamina. Colliges non obscure ea super
fractae pacis iudicio intentata ex *Ludolf. Comment.*
Syß. app. 1. p. 20. p. 40. & 53. quae rem eo adduxere,
vt, frequentissimae licet post iudicium Camerale no-
ua ordinatione anno 1555. instructum, de violata
pace extiterint actiones, rariores tamen condema-
nationes fuerint subsecutae. Accedit R. I. N. de 1654.
qui poenam banni, nec non immisionem ex primo
vel secundo decreto contra contumacem plane sustu-
lit. §. 36. Würde nun hierauf. Accedit & Capitu-
latio Leopoldi Imp. de 1658. quae declarationem
banni absque communicato inter Status consilio de-
cernendam suspendit. Art. 28. Accedunt Capitulatio-
nes recentiores Imperatorum Iosephi I. Art. 27. Caroli
VI. Caroli VII. & Francisci Imperatoris gloriofissime
regnantis Art. XX. Vbi quidem supremis Dicasteriis
in casu, si quae pars ad Constitutionem P. P. causam

qua-

qualificet, Citatio ad videndum se incidisse, decernenda permittitur, sed facta caufae submissione, acta ad Comitia transmittenda, a tribus Collegiis, eorumque deputatis consilium ad Imperatoriam Maiestatem expediendum, & ab illa demum ratihabitio imperienda statuitur. Quem effectum cum praesentia saecula non viderint, & sequentia frustra exspectent, petitas eiusmodi Citationes ad formulas Procuratorum effectu carentes pertinere cognosces; & hinc natum vides minus frequentem actionis huius usum, nullaque iam didum condemnationum exempla esse infœcta. Nolo vteriorem infrequentiae huius rationem cum Auctore obseruationis in Acad. Frid. Halensi editae Tomo 6. obs. 31. §. 6. in eo adstruere, quod Imperii status bodiernus sit talis, ut regulariter armis locus detur, quia inter potentes non sit iudicis, institiaeque copia. Absit enim, vt ius manuarium reductum esse dicam, ideoque sententia ista Auctori suo merito relinquenda. Vid. Gundling. Tract. de efficientia metus C. 2. §. 39. ast, cum Dno. de Ludolff in Comm. Syst. Sect. 1. §. 5. causam infrequentiae eam affero, quod animi ciuium imperii ad vim & arma inter se exercenda tanta proclivitate, vt olim, non amplius confugiant, & ubi motus inter potentes metuantur, Imperator aliue Vicini ad ignem in cineribus extinguendum concurrere soleant.

§. VIII.

Sed sublata necdum lege publica, quaeritur,
vtrum

vtrum facultas banni declaratoria ita adempta sit Cameræ, vt ne vllum quidem in priuatos banni fulmen ferire valeat? quaestione eiusmodi circa Status potentes ex praetaliis rationibus inutilem dices. At circa priuatos in causis saltem ciuilibus executorialibus aliud obtinere, ipsa quandoque siadet iustitia; nam, vt inquit *Gail. L. 1. obf. 113. n. 16.* iustum est, vt in eum iura insurgant, qui ius, iudicem, & partem elusit. Et, vti voluerunt Imp. Theod. & Valent. in *L. 2. C. de pet. hon. subl.* talis fiat caeteris vindictæ & temeritatis exemplum. Suffragatur huic *R. I. N. de 1654. §. 15.* qui non tantum Fiscalem contra refractarios executioni demandatae excitat, sed dignam quoque poenam banni in obstinatos a Camera feriendam iubet. Talisque emanati fulminis famosum exstat præiudicium de anno 1698. in causa *Mottet contra Counotte*, de quo legi meretur iustitia declarationis in bannum in hac causa Wetzlariae prostans, cum mandatis ibidem annexis.

§. IX.

Quid si casus ad Constitutionem P. P. qualificatus existat, etiamnum condemnatio procedere possit? quanta illius facilitas in petito ad poenam pecuniariam posset euenire, *Tennag. de decern. Proc. Class. 1. C. 2. n. 5.* tantam difficultatem ob requisita actionis ad bannum penal is probanda ipsius legislationis forma relinquit, ita vt casus legis existere vix queat. Frequentissimas equidem legis apud Gylmannum, &

H

alios

alios eiusmodi actiones, sed absolutorias plerumque sententias, poenaeue mitigatorias infuscatas esse, docent vota Assessorum Camerae apud *Gylm.* T. 1. *Symplorem.* p. 28. seq. Add. *Barth. Collect. sentent. Cam.* Tom. 4. de 18. Maii 1573. lit. F. § 22. Decembbris d. a lit. F. Si enim non qualibet violentia sufficiat, sed praecise dolus sit probandus, vid. *Deck. Vind.* T. 29. n. 47. & 49. sane maximam esse difficultatem, concursum horum requisitorum, praecipue dolum probandi, non videre non debes. Et licet in vim probationis graues etiam praefumptiones admittat *C. O. C. part. 2. tit. 10. §. 6.* quem tamen adeo inconsultum credideris, qui facti sui rationem doli expertem adferre nesciat? ecce! quam condemnationem sperare tibi liceat, conclude.

§. X.

Tanta igitur difficultate obvia, recurreret fortassis ad alias poenas, praeter bannum occurrentes, qualis E. G. est poena 2000. m. a *Blum.* & *Deckher.* ad h. T. item poena L. 7. Si quis in tantam C. vnde vi. Verum ex identitate rationis hanc quoque poenam frustraneam censeo. Nam, etsi non raro huiusmodi supplicationum exempla exhibita legantur apud *Blum* & *Hoffmann in suis supplic. Cam.* quas inter in causa *Biechtesel* contra *Gulb de 1657. 13. Augusti* talis citatio decretā extat, ap. *Blum.* T. 18. n. 31. tamen, cum non de libellis Aduocatorum, non de decretis processibus, sed de sententia loquamur, quae sola affert

affert celebritatem actioni, condemnationem ad praescriptum dictae legis secutam nullibi leges. Nihil igitur restat quam cum *Deckero* consultius fraudere Aduocato, ut, misa poena, rem ipsam persequatur. Hinc pono.

CAPVT VI.

DE MANDATIS SVPER FRACTA PACE PETITIS,
SANIVSQUE PETENDIS.

§. I.

Praelibavi in §. 4. prioris Capitis cum poenis fractae pacis perfectionem rei incidenter cumulari posse, quae poenis iuncta ita valet, ut cum unica penal actione, quaecunque illa sit, civiliter intentetur, *Deckher ad Blum. Tit. 29. n. 108.* quoadmodum enim, si transitorium sit grauamen, actio super fracta pace sua natura est penalnis, ita, perdurante grauamine, mixtam induit ex concurrente mandato naturam actio, & est cum rei, tum poenae persecutoria. *D. Ludolff. Comment. Syl. Sect. 1. §. 10. n. 33.* distinctionem concursus harum actionum aperte enodat *Deckher cit. l. quem vide, vbi actiones rei persecutorias ad consequendas res ablatas, damique restorationem ita comparatas esse dicit, ut altera alternam consumat, per L. 57. ff. de R. I. L. 3. 5. 7. § 27. ff de Except. rei iud. pro diuersitate vero obiecti intuitu fractae pacis alia obtinent mandata relaxatoria,*

H 2

aliam

alia inhibitoria, alia restitutoria, ad quae priusquam digrediar, vnicam diuersi fori quaestionem praeterire nequeo.

§. II.

Quaeritur, an, Fiscali coram iudice ordinario poenam persequente, actor in Camera restitutionem principaliter petere possit? Chimaericam dices hanc quaestionem, super factō Fiscali Camere nec licito nec probato: ast e chimaerarum numero eximendam credo illam, quam in ipso Senatu Aulico a. 1670. motam adnotat Dn. ab Andler in *Iurisp. publ. & priu. L. 2. T. 2. n. 16.* dicitque circa eam illustrissimum Se-natum censuisse, quod per factūm hoc tertii & Imperatorī & parti laesae iurisdictio, iudiciique Electio subtrahi non possit. Libera itaque manet actori elec-tio, rem fractae pacis violentia sibi ablatam in Camera persequendi.

§. III.

Sed quid auxiliī haec rei persecutio super pacis publicae iudicio appromittat, ipsa mandatorum C.C. e Camera emanantium indoles satis indigitat; vel enim petis ex formula pacis publicae mandatum de relaxando arresto? & probata dudum praxis id non nisi cum C. emanaturum praenoscit, per praeiudicia passim obvia. Infremas licet cum *Iul. Magenhorstio P. 2. tit. 22. p. 142.* & melioris afferas conditionis esse, pacem frangentes capiendo, sicque plus delinquentio, quam non capientes; adstipulans tamen lex expressa C. O. C. P. 2. tit 25. §. II. & 12. mandata eius-

eiusmodi decernenda inuoluit. Aut intendis mandatum de non molestando in iure tuo? quid aliud nisi C. C. exspectare poteris? nam quis iudex in hisce mandatis ad simplicem turbationem in tuis iuribus, rebus, aut persona tua S. C. praeciperet? cum alterius turbatoris iura tuis forsan potentiora ignoret, quae illico auferenda illi sine cause cognitione iudicare nec potest, nec debet. Ut probat praeiudicium in *Blum. Suppl. Cam. T. 8. n. 74. de 1661.*

§. IV.

Feliciorem te fortassis fore putas, si mandatum de restituendo tibi ablata super fracta pace qualifices, cum iura omnia talem restitutionem praeprimis faciendam iubeant? C. 1. C. in literis 5. de Restit. Spoliat. C. vlt. de ord. cognit. L. 37. ff. de iud. Barb. ad h. L. n. 270. Gratulor hanc sortem ex diuortium faciente praxi Iudicij Imperialis Aulici, quod testante Dn. ab Andler in *Iurisp. publ. § priu. L. 2. T. 37. n. 1.* manda-
ta S. C. decernit ex 5. non leuibus rationum monu-
mentis, quae vide ap. Andler d. l. n. 22. ast si inueteratum iudicij Camerae Imperialis Stylum inspicias,
pari fortuna te fruiturum non gesties, hunc enim
Stylum, quod mandata regulariter C. C. decernan-
tur, velut pro lege obseruandum ait *Gylmann. Tom.*
1. P. 1. tit. 1. Dub. 4. meminitque hanc quaestionem
olim in Camera fuisse controversam, at crebrioribus
obtinuisse calculus, regulariter S. C. mandandum non
fore; id quod his innititur fundementis: 1.) ne acce-
forum

sorium nempe mandatum sub poena banni emanans potentius sit suo principali, quae est Citatio. 2.) Ne reus per mandatum S. C. absque causae cognitione sua possessione deiiciatur. Vide Cameralistas *Rod.* *L. i. tit. 12. §. 5.* & *Gail. L. i. de P. P. C. 5.* quamuis autem hasce doctrinæ Cameralis veritates supprimere conetur Dn. ab *Andler cit. l.* & arbitretur, primam Gailii rationem, quando mandata principaliter & separatim sine Citatione petuntur, manifesto in sufficentem; & alteram veterum Cameralium nimis generalem, eamque in causis pignorationis obtendi etiam posse, praesertim cum hodie mandata S. C. pristino fere effectu carere soleant; tertiae vero, Styli, puta, Cameralis, rationi opponi posse obseruantiam aliarum Curiarum, quibus in criminis fractæ pacis S. C. mandare non nouum, sed solenne ac quotidianum sit, prout exempla satis multa adducere haud difficile foret; nihilominus aequalitatis iudiciorum rationem iniens, tandem cuncludit, arbitrio iudicis relictum esse, an mandatum C. vel S. C. veniat decernendum. Quidquid autem hac de re sentiat Andler, firma manet Styli Cameralis C. 6. vigentis obseruantia. Quandoquidem enim antehac Citatio super fracta pace sub poena banni decernebatur, mandata vero principaliter petita quadam relatione illam accessorie adaequant, durum sane videtur, in iis adeo stari simplicibus narratis, ut cui nondum conuictio, neque auditio tanquam criminoso rerum restitutio sub capitali poena iniungatur. *Tennag. Class. i. C. 3. n. fin.*

§. V.

§. V.

Sed quaeris, vtrum hoc Stylo non obstante hodie mandato S. C. hoc casu locus esse posset? Si rationes Dni. Ludolff. in *Comm. Syst. Sect. I. §. 10. n. 34.* non parum praegnantes expenderis, quod 1.) per R. I. 1654. §. alle Supplicanten 79. narrata verosimiliter probanda sint ante decernendos processus; 2.) banni poena non amplitis frequentetur, sed pecuniaria in eius locum successerit: 3.) idem R. I. §. 193. iubeat Cameram contra violatores pacis publicae mandata inhibitoria impertire, quae S. C. decernuntur: 4.) ratio adaequata dari non possit, cur non idem in mandatis restitutoriis locum inueniat: 5.) accedit praxis iudicij Imp. Aulici, de qua Andler d. l. *Conf. Deckber ad Blum. T. 29. n. 200. 201.* qui veteri Stylo, mutatis rerum circumstantiis, iudicem non esse alligatum statuit. Adde Exempla *Cam. Iud. ap. Gylm. rer. iud. L. 2. Decis. 59. p. 727.* Sane hoc casu mandatum S. C. tibi obuenturum crederes; verum illibatus Styli Cameralis usus adeo obsistit, ut idem *Ludolff d. l.* affirmet, publicae rei, iurisque certitudini expedire, ut dubii huius iuris Cameralis decisiva resolutio aliquando daretur.

§. VI.

Istis igitur circumstantiis existentibus quid consilii restat? consule Rodingum *L. 12. §. 13.* cum Deckhero *ad Blum. n. 199.* & Ludolff. *Comm. Syst. Sect. I. §. 10. n. 35.* consule ipsam vigentem praxin! quid tibi

bi suasum vides? conspirat praxis, concordant dicti Camerale, consultissimum fore, ut, missa demum super Constitutione pacis publ. rei persecutione, & factum qualifices, & petitum dirigas ad famosos 4. casus Ord. Cam. P. 2. T. 23. vel Conc. Ord. Cam. T. 25. siveque mandato S. C. imperato certius triumphabis. Hoc ergo fine ut petitum tuum corones, sciet dexteritas tua, quale mandatum in violento facto ad hos 4. illustres tibi casus petere debeas. Me si praxis paululum libata non fallat, te petiturum opinor mandatum cassatorium, inhibitorium, restitutorium annexa citatione solita. Idquod obvia iudicis exempla tibi probant.

§. VII.

Quid autem si metus violenti facti tibi immineat ab eo, qui minas exequi tales possit, quibus in facto consummati securitas publica violetur? metum hunc auertent mandata prohibitoria, auocatoria, auxiliatoria, de quibus *Tennag. Class. 1. C. 10.* requisita mandati prohibitorii sive de non offendendo probe exponit *Deckher ad Blum. n. 256.* cui additum *Frid. de mand. C. 33. n. 3.* quibus legitime probatis, obtinebis mandatum de non offendendo S. C. ann. Cit. solita idque praeter innumera confirmat exemplum in Causa *Hildesheim contra Hildesheim ap. Gylm. Tom. 2. p. 1. Vol. 11. p. 100.*

§. VIII.

Si autem militare ferrum foribus tuis impendeat, mandatum auocatorium contra milites suppeditat

ditat C. O. C. P. 2. Tit. 10. §. 8. quod auocat, & saluo iura causasque deducendi iure prohibet vtriusque fortis arma tantum offensiva, sui vero defensiva nusquam, nisi eum in finem, ne termini defensiui excedantur. Vid. Vot. Antiwacker ap. Klock Relat. 167. n. 42. Et 50. mandati huius praeiudicia recentiora inquirenti praxis suggeret; eaque S. C. emanasse, nullus dubitabit, qui conseruationem tranquillitatis Imperii summi esse fauoris, ac Ciuium quemque ad eam, quantum potest, seruandam ipso iure gentium obligari expenderit.

§. IX

Taliane mandata prohibitoria & auocatoria etiam in Principem, Duce mœ exterum Impereo non subiectum exserere vires possint? aërem dices prohibitoris hisce mandatis vapulare, siquidem cum tali Principe res non ex germanorum Ciuii, sed communi gentium iure agenda veniat; attamen auocatoria, si non in Duce ipsum, saltem in milites sacramento illi obligatos, (modo ciues Imperii nostri sint) obtinere affirmo, & prouoco, teste Deckhero, ad factam olim Leopoldi Imp. iussionem, iuste enim decernit Gailius, ea bella Ducum intuitu ipso inre illicita, & ratione militum, credes ipsem, impróbum esse, violentas manus saluti Patriae inferentem temerario auxilio adiutuare. Sed quem putas effectum auocatoria mandata in Vasallum pacifrago feudi Dominio adsistentem sortiri posse? Adstringit Vasallum

I

mili-

militem iuramenti Religio, obligat promissa fides,
 qua ad auxilium Domino praefundam ratione feudi
 est deuinctus. 2. Feud. tit. 7. & tit. 28. verum si est
 impia promissio, quae scelere impletur, text. in C.
in malis 22. quaest. 4. fane antiquorem pendere debet
 fidem erga Deum, Caesarem, & Imperium. Vide
 plenissime Gail. L. 1. C. 4. de P. P. n. 10.

§. X.

Emanatis hisce mandatis, si necdum quiescat,
 violentia contra securitatem publicam attentata, pe-
 tites decerni mandata auxiliatoria ad proximos Circu-
 lorum Directores, iuxta R. I. de 1529. §. 11. Hi
 enim, sicut ad proprium detrimentum, ita ad proxi-
 mi ruinam auertendam summo iure tenentur, nam
 occasio de publico bene merendi, malique de-
 turbandi omissa nullo iure potest purgari. Vide
 de his mand. *Tennag. Class. 1. C. 12. Vers. 3.* sed caue-
 sis, ne mandatum hoc auxiliatorium siue de manu-
 tenendo confundas cum mandato de exequendo, vt
 fecit Meinungen in quodam Exhibito publici juris
 facto in causa der Gleichischen Ehe = Leuten contra
 Meinungen; cui tamen satisfecit Dominus Op-
 pelen in altero exhibito, vbi differentiam
 horum mandatorum pulchre
 persequitur.

D I X I

Laudabilis est praxis illorum iudiciorum, quae rationes decideri partibus extradere non abnuunt.

2. An consultum sit, poenam veteris testamenti a legislatore diuino in adulteros Statutam denuo introduci? problema esto.

3. Ius Germanicum vniuersale, quatenus in multis Vniuersitatibus traditur, praeterquam quod magnam in foro producat confusione, certo respectu paucisque exceptis, inutile quid videtur.

4. Jurisdictionem in causis matrimonialibus D. D. Protestantium immediatorum, cum ea suprema effugiat Dicasteria, soli Imperatori competere defendo.

5. Si quis institutus sit haeres sub ea conditione, ut ad eastra Catholica transeat, vel adimplendam conditionem, vel respondendam esse haereditatem suffineo.

6. Directorium in Comitiis, sede Vacante Moguntina, competit Capitulo Cathedrali.

7. Aet beneficio Austraegarum sede Vacante Capitulum non gaudet.

8. Praeter Deum non datur aliud primum principium iuris naturae Puffendorfianum.

9. Ratione iusti & iniusti magna est differentia inter occisorem infantis, sine cuius interitu quis aggressus vitam saluare non potest, & inter interemptorem commilitonis sui, quem is Viatori Exercitu euadere parans, globo traiicit, illius equi participandi causa.

10. Inquisitus vi tormentorum delictum confessus, et si

postmodum in ferali pugnate constitutus delicti, quod ad bancum iuris ratificavit, innocentiam Confessionario aperiret, sine ulteriori inquisitione supplicio multandus est.

11. Filius Vasallus tenetur ad auxilium contra Parentem, qui Dominum iniuste inuidit.

12. Incestus aut aliud quodvis crimen publicum non involuit caducitatem feudi.

13. A iure naturae non differre videtur Conscientia, quam Hoffmannus in suo Lycurgo Germanorum optime describit, esse Syllogismum practicum, cuius *Maior* est lex agterna Dei: *Minor* actiones nostrae bonae vel malae: *Conclusio* gaudium vel tristitia.



Giessen, Diss.; 1749-51

ULB Halle
004 388 887

3



f

Sb.



Parch. 17.
Part. num. 15.

1750, 2 5

13

**DISSERTATIO IN AVGVRALIS
HISTORICO-IVRIDICA
DE
MODERNO VSV CONSTITVTIONIS
PACIS PVBLICAE IN SVPREMIS
DICASTERIIS
EX GENVINIS FONTIBVS DILVCIDATA
SIVE QVAESTIO**

VTRVM ADVOCATVS BENE CONSVLAT CLIENTIBVS,
SI IN CASV AD CONSTITVTIONEM PACIS PVBLICAE
QUALIFICATO POENALITER AD EAM CONCLV-
DAT, AN VERO PRAESTET, CIVILI REI
PERSECVTIONI INSISTERE?

QVAM
P.M. PRAESIDE DEO TRIVNO
EX DECRETO
**ILLVSTRIS IVRIS CONSVL TORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LUDOVICIANA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORALIA RITE CONSEQUENDI
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT**

AVTHOR
CAROLVS ERNESTVS BEHRENS
HILDESINV.

AD DIEM DECEMBER MDCCCL.
G I E S S A E,
TYPIS IOANNIS IACOBI BRAVN, ACAD. TYPOGR.

